IN CICERONIS PARTITIONES COMMENTARIA GEORGII VALLAE.

PARISIIS
EX OFFICINA ROBERTI STEPHANI E REGIONE SCHOLAE DECRETORVM.
M.D.XXVIII.

GEORGII VALLAE PLACENTINI VIRI CLARISSIMI IN CICERONIS PARTITIONES COMMENTARIA.

MARCVS TVLLIVS LATIni eloquij ſpecimen, inſigne partitionum ad Ciceronem, filium opuſculum ſcripſit iam natu grandior, quo ſuam de rhetorica facultate nobis aperiret ſententiam. Siquidem rhetorica volumina admodū ſcripſiſſe adoleſcentem, tam ipſe ad fratrem, quàm Quintilianus in oratoriſs inſtitutionibus memoriæ prodiderunt: de inuentione quidem (vt ipſe in ſecūdo eiuſdem operis oſtendit volumine) Ariſtotelē & Græcos alios ſecutus autores: Ad Herēniū verò, ſuū (velut ipſe atteſtatur) præceptorem. vt mihi non videantur audiendi, qui ad Herennium libros negent eſſe Marci Tullij, caſſa nuce inaniores adducendo rationes: quaſi eadem aliquando dici à pluribus autoribus non poſſint, & quaſi id nuſquam inueniatur, quod frequentiſſimum eſt, ſtilum eundem non eſſe Ciceronis vbique. Quid mirū? cum ipſe ab Apollonio Rhodio ſe in dicendo ita redijſſe inſtructum noua quadam dicendi forma dicat, vt à priore dicendi more mutatus iam alius eſſet: vt etiam diuus dicat Hieronymus ipſum inquam Marcū Tullium in Xenophontis interpretatione nō iam aureo illo ſuo eloquentiæ genere niteſcere, ſed adeò ſcabris turbulentiſq; retardari obicibus, vt qui interpretata neſciāt, à Cicerone dicta non credant· nec mirum· erat enim tum adoleſcens cum tam OEconomicos quàm Rhetoricos libros ſcripſit: vt ipſe fateatur Rhetoricos

adoleſcẽti ſibi excidiſſe, planéque ſubruſtic os vocet. Cúmque deſint ad comprobandum Ciceronis non eſſe, rationes, citant Laurẽtij Vallæ teſtimoniũ quod nuſquam eſt, vt circunſpectũ, planéque prudentiſſimum virũ, leuiſſimum videri velint, quippe qui vbique teſtimonia ex eo Ciceronis citat libro, Ciceroni ipſum ſemper attribuẽdo. Quàm ridicule deinde aiunt indicẽ ſpectari nõ oportere. quiſnã quæſo improbarit, à Ciceronis tẽpore, propagatũ per tot manus virorum doctiſſimorum, ad noſtra vſque tempora ſinceriſſime peruenïſſe? Quis adulterinũ eſſe titulũ arguat? aut quo modo? Quis inuertit? aut cur? aut quando? proferant ſi poſſint. ſi nequeunt, ſileant peruicaces. Contra verò antiquiſſimi clariſſimíque eloquentia authores, Ciceroni ſemper, abacta omni dubitatione, id opus deputant. Ij verò quàm maxime dici poſſit ridicule, aiunt eorum tollẽdam authoritatem. cum ipſi falſa Laurentij nitãtur authoritate, antiquiſſimorũ, eorundémque præſtantiſſimorũ auferri hi iubent authoritatẽ: ſatis imperioſe, ſi nacti ſint qui obediant, & peruertant eorum imperio quæ rectiſſime ab alijs poſita ſint. at non ſunt tanti. Aiunt porrò, quod in quæſtione ſit, id ratum haberi non oportere. Quis eſt quæſo antiquorũ qui hoc faciat ambiguum? niſi iſti pauculi modo neoterici parũ proſpicientes, rẽtur ambiguum. His ergo, quo modo nõ ſit incerti authoris liber, probandũ eſt, quãdo id addubitẽt. Aiũt etiã ideo Ciceronis nõ videri, quòd Quintilian⁹ id opus nuſquam nominarit. Quàm id acute. Nemo certe negauerit multos eſſe Ciceronis libros, quorum nullam prorſus facit mentionẽ Quintilianus. Quid ni? quaſi vero hanc ſibi Quintilianus ſuſceperit prouinciã, Ciceronianos libros nominãdi.

quos ergo non nominauit, aſcititios adulterinósque dicamus. Cũ præterea in eodẽ libro Terentiæ vxoris ſuæ meminerit, aiunt acute ſanè ideo non videri Ciceronis, quòd antè, quàm vxorem duceret, rhetoricos illos ſcripſiſſe libros neceſſe fuerit. quaſi ariolos habeamus, qui ſine teſtimonio vllo, præterita tam bene noſcitarint, vt neceſſe putent hos libros editos antè, quàm duceret vxorem. quanquam ſi Ciceronis nõ ſunt, quid hæc dicere attinet? Aiũt præterea, in libro de oratore, ad Herennium libros damnatos, ſua iam, non amplius aliena innixi authoritate alios libros dici, non illos. nec rationem, vel rationis vmbellã proferunt. At nõ eadem præcipit quæ in alijs. Quaſi verò multis modis eadẽ præcipere nõ ſoleat Cicero, aliter in libris de Oratore, aliter in Topicis, in Partitionibus aliter. Et quoniã Hermetis meminit præceptoris Cicero, aiunt opus videri non oportere Ciceronis, quòd eiꝰ nominis nemo Ciceronis tẽpore fuerit. quaſi verò iſti, Pythagorei Euphorbi ritu, ab eo tempore iteratam generationẽ ad nos, vitium more, propagarint, nõ alia certè de cauſa, niſi vt id modo indicarent ad Herennium libros rhetoricos Ciceroni falſò deputatos: qui tam audaculi auſint aſſerere nullum fuiſſe tum Hermetem. Sanè Aulus Gellius XII noctium Atticarum ait ſe non comperiſſe quenquam ante Auguſti imperium, eorum qui integre locuti ſunt, dixiſſe barbariſmum. Idem quoque in quinto, neminem aut latinum, aut græcum, eorum qui facundi haberentur, dixiſſe barbariſmum, aut ſoloœciſmum. Si verum ſit quod Aulus Gellius inquit, dici profecto potuit, ideo etiam Ciceronem eos libros ſubruſticos appellaſſe. verum vt in hoc, ita pleriſque alijs in locis Aulus

Gellius hallucinatus est: siquidē elegantissimi authores Græci, tam barbarismum quàm solœcismum dixisse facillime arguuntur, vt Aristoteles, & Dionysius Halycarnaseus, ita alij. Cúmque, vt Strabo docet, id à Græcis cōfictum sit verbum: vsíque sint ante Augustum plærique insignis doctrinæ elegantiáque authores: cur tandem eis Latini non vtentur verbis? ac, si post Ciceronem, idoneum verbum, quo vteremur, existimatum à clarissimis est authoribus, cur non fuisse semper existimabitur? Et quoniã Laurentij Vallæ mentiuntur authoritatem, proferam ipse quid Laurētius dicat in Pogium. Verba certe quæ Auli Gellij proferūt (nec enim iterandi ea locus est, neque attinet) statim subiūgit, Immò in vtraque lingua Aule Gelli probissime. nam & Græce Aristoteles tum Atticus, tum elegans scriptor, eo vtitur in libris Elenchorum, & de arte poetica: & eum ac cæteros imitati sunt cum alij, tum Cicero atque Quintilianus. hęc ita Laurentius. Quis hoc ergo opus, Ciceronis esse potest ambigere? cū incorruptissim⁹ ad nostra vsque tēpora eius operis titulus ad nos peruenerit: Cū Marcellus, & Seruius, & Priscianus, & Diuus Hieronymus, & Diuus Augustin⁹, Ciceronis id opus esse cōfirment, etiã ex eo, citando testimonia? cū ipsemet familiari, vt fieri solet, vxoris vtatur exemplo: cū in aliorum rhetoricorū secūdi libri parte extrema, reliqua rhetorices præcepta se deinceps dicturū polliceatur, neque eis quicquam tamen libris addiderit? nā de oratore libri strictim Antonij, & Crassi de oratore continēt sententiã. partitiones aliam rhetoricorum præceptorū faciem. quis ergo potuit ambigere mentis compos, quin ad Herenniū scribens: omnem rhetoricã præceptionē tradere voluerit? Ait subinde

Cicero, cũ biennium versatus esset in causis, eiúsque nomẽ in foro celebratũ, se adolescẽtem Athenas cõcessisse, & philosophiæ studiũ à prima cultũ adolescẽtia, nunquam intermissum, & semper auctum: quod cõuenit cum eius operis proœmio ad Herenniũ: qui Herennius, an is fuerit cuius meminit Propertius, aliúsve, mihi curę non est quærere. Velut is, cuius pro Cælio meminit, inquiens, Animaduerti enim Iudices audiri à vobis meum familiarem L. Herennium perattente. in quo etsi magna ex parte ingenio eius, & dicendi genere quodã tenebamini. & quæ sequũtur. Cur inquã hic esse Herẽnius nõ possit? At inquient, Hunc non legeramus locum. non ergo tam præcipites ad id asserendum esse debuerũt, non fuisse quenquam Herenniũ, qui tam familiaris esset Ciceronis. Et perinde cum à præceptoribus vt alijs, ita Hermete, dicendi præcepta hausissset, ea in libros regessisse ad Herenniũ. quod visus est annotasse Quintilianus, Sunt enim, inquit, velut regesta in hos commentarios, quos adolescens deduxerat schola: & si qua in his culpa, tradẽtis est. siquidem de alijs id intelligi rhetoricis qui potest? cum in secundo eius operis volumine, quos Græcos sit secutus antiquos authores, dicat. Deniq; ne in re apertissima diutius cõmoremur, si Cicero non scripsit, alius ergo quicunq; fuit, post Ciceronem scripserit, necesse est, si Quintilianum, si alios audiamus authores. si id: quid est ergo quod stupidi isti non vident in quarti voluminis eiusdem operis proœmio dixisse, cum probat suis sibi vtendum exemplis, potius, quàm exemplis à Catone, à Gracchis, à Lælio, à Scipiõe, Galba, Porcina, Crasso, Antonio, nec Ciceronis vlla facta mentione? Si Cicero non est: vnde, quæso, magis, quàm à Cice-

rone exempla petere oportuit? aut quis ei rei magis potuit suffragari? quis potior? quis dicēdi rationis accuratior locupletiórque adduci potuit? Ait nanque de se ipse, Nulla est enim vllo in genere laus oratoris, cuius in nostris orationibus non sit aliqua, si nō perfectio, at conatus tamen, atque adumbratio. Quàm ridiculum sit putare, cæteros cum quisquis sit, multo inferiores nominare, vnum vero omittere Ciceronem, non Hortensiū Ciceronis etiam æmulum, Philippúmve, vel post Ciceronem quempiam alium. Facessant ergo istorum præstigię, quisquiliæ, nęniáque: ne in mentes rudium repant, doceántque non scientiam, sed vecordiā, & imperitia teneras adhuc mentes imbuant. Proinde hæc satis. nos id procuremus vt in hoc opere quicquid minus obuium sit, id aperiamus: ne vtilissimum capessandæ eloquentiæ librū in situ iacere permittamus, & aliquando ad oratoriam facultatem aspirantibus innotescat.

CICERO filius patrem itaque percunctatus inquit, STVDEO MI PATER. His verbis docet nos, patrem Marcum Tullium filium Ciceronē græce percunctatum quæcunque latine percunctaturus. SI MODO tibi. Magnam filij ostendit modestiam, qui otium, paritérque volūtatem patris cupit adesse. ROMAM EXEVNDI. Hinc colligitur nō in vrbe Roma hæc scripta esse: ac forte in villa, dum eò animi mulcendi causa concessisset.

DOCTRINA DICENDI? Quā voce græca Rhetoricam appellamus. CEDÒ QVAS? Hoc verbo cedo, tam in dicendi, quàm in dandi significatione vsurpatur: cuius pluralem numerum Terētius cete patri meo, posuit. INVENIENDA sunt & COLLOCANDA. Quę partes sunt binæ rhe-

torices, inuentio ac disposítio: sed disposítionem, vtcunque tam elocutioni, quàm inuentioni deputetur, ait tamen peculiariter inuentioni deputandã: vt elocutioni pronuntiationem, quam in vocem, motum, vultum, & omnem diuidit sctionem, nempe corporis motum: vt inuentionis, dispositionis, elocutionis, pronuntiationis custodẽ & quasi thesaurum memoriam esse, det intelligi. QVATVOR. Nõ ita in cæteris præceptionibus rhetoricis. Plures nanq; orationis partes esse alibi voluit. At hic, ex sua: alibi, ex aliena id pronuntiat sententia. DVAE. Narratio & confirmatio. Ideo Areopagitæ, vt Trophoni⁹ ait, has solas admittebãt: ad quos cum orator accedebat causam dicturus, pro foribus præco, ne exordio atq; peroratione vteretur, præscribebat, inquiens, μὴ προοιμιάζου μηδὲ ἐπιλέγε, Ne proœmio, néve epilogo vtare. Nempe quo omnis à iudicibus abesset affectus. INFINITAM. Quam Græci thesin: nostri tum infinitam quæstionem, tum propositum, tũ consultationem vocant. DEFINITAM: Quã Græci hypothesin: nos modò controuersiam, modò causam nominam⁹. QVONIAM IGITVR. Distributa omni ratione dicendi in partes tres, primam primo sibi diuidẽdam, tractandâmque ducit. & quia eius partes inuentio antecedit, præponendã cæteris rectè iudicat inuentionem: quam ait spectari in fide facienda, alioqui persuadere non poterit auditores, nisi verè dici putent quæ ab oratore significantur: tum etiam in motu, quem animis orator afferat: quid enim poterit obtinere, nisi moueatur auditor?

PROBABILE. Argumentũ certe triplex est: aut necessarium, quod mathematicis congruit: & sophisticum, quod sycophantis: & topicum, seu pro-

babile, quod dialecticis, paritérque rhetorib⁹, ac oratoribus. Cúmque demonſtratiuum conſtet ex veris, neceſſarijs, primis, medio carẽtibus, notioribus, cauſíſque concluſionis, ex ſuo primo ac præcipuo modo atque ſecundo, ea, quæ per ſe inſunt, prædicato, recipit. Sophiſticum, ex eis quæ non probabilia quidem, ſed videntur. Probabile porrò, ex eis quæ probabilia, quia omnibus placent, aut pluribus, aut clarioribus. ORACVLA, quæ voce diuina proferuntur. Vnde etiam oracula, diui Auguſtini teſtimonio in libro de ſpiritu & anima, dicimus inſomnia, in quibus, futuris rebus aperiendis diuina quæpiam perſona appareat. AVSPICIA. Ex auium enim aſpectu futura veteres pronuntiabant. VATICINAT. Quas vates prophetæq; fore protulerint. RESPONSA, Sacerdotũ, quæ cuſtodienda obſeruandâque pontifices præſcripſerint. HARVSPICVM. Ab Harigæ inteſtinis inſpiciendis, ſunt Haruſpices dicti. Hariga victima eſt, quòd ex Haro, id eſt ſtabulo agatur, dicta. CONIECTORVM, Qui ſomnia, quid portendant, præuident atque prænuntiant. EX AVTHORITATE. Vt vni⁹ cuiuſque ſua. nã vt Platonis Ariſtoteliſque eſt philoſophiæ: ita Virgilij poeticæ facultatis: ita aliorum. EX VOLVNTATE. Vt ſuperioris cuiuſpiam. AVT LIBERA, Cui non tenetur. AVT EXPRESSA. Ideo tenetur vt ſcriptis, pactis, ꝓmiſſis, iuratis, quæſitis per tormẽta. TVM EX TOTO. Vt ſi res tota quæritur, definitione vis vniuerſa explicãda eſt, ſic, Si maieſtas eſt amplitudo ac dignitas ciuitatis: is eam minuit, qui exercitum populi Romani hoſtibus tradidit, non qui eum, qui id feciſſet, in populi Ro-

mani potestatem tradidit. PARTIBVS. Partiendo hoc modo, Aut senatui parendum est de salute reipu. aut aliud consilium instituendum, aut sua sponte faciendum. aliud consilium superbum: suum arrogans. vtendum igitur consilio senatus. NOTATIONE. Hoc est ex vocabulo, vt, Carbo si cõsul est qui consulit patriæ, quid aliud fecit Opimius? QVAE quodammodo AFFECTAE sunt. Nẽpe quandam habentes inter se inuicem relationem. DIFFINITIO ADHIBETVR. Vt, Quia rhetorica est bene dicendi scientia: cognoscẽda rhetorica igitur. TVM PARTIVM ENVMERATIO. Si liber est: aut censu, aut vindicta liber est, aut testamento. non est vllo horum modo nõ ergo liber. TVM NOTATIO VERBI. Æther à perpetuo cursu dictus. ergo perpetuo currit, vt Aristoteles ait. ALIA CONIVGATA. Si pietati summa tribuenda laus est: debetis moueri cum Q. Metellum tam pie lugere videatis. Alia ex GENERE. Si magistratus in Po. Ro. esse potestate debẽt: quid Norbanum accusas, cuius tribunatus volũtati paruit ciuitatis? Alia ex FORMA. Si omnes qui reip. consulunt, chari esse debent: certe imprimis Imperatores, quorum cõsilijs, virtute, periculis retinemus & nostram salutem, & imperij dignitatem. Alia ex SIMILITVDINE, Si feræ, partus suos diligũt: qua nos in liberos nostros indulgentia esse debem⁹? Alia ex DIFFERENTIA. Nõ si pluribus cœna potest vna sufficere, vox quoque docentis multis eam excipientibus non poterit quoq; satis esse. Alia ex CONTRARIO. Si Gracchus nefarie, præclare Opimius: si amplectendæ bonæ artes, fugiendæ sunt malæ. Alia ex

CONIVNCTIS. Si amanda virtus:bene viuendum est. Alia ex ANTECEDENTIBVS. Si grauida est:cum viro cõcubuit. Alia ex CONSEQVENTIBVS. Si ferro interfectus ille: & tu inimicus,& cum gladio comprehensus in illo ipso loco, & nemo præter te ibi visus est, & causa nemini imputetur,& tu semper audax:quid est quod de facinore dubitare possimus? Alia ex REPVGNANTIBVS. Vt Crassi adolescẽtis.non si Opimum defendisti,Carbo,idcirco te bonum ciuem putabunt.simulasse te & aliud quæsisse perspicuum est quòd Titi Gracchi mortem sæpe in contionibus deploraſti,quòd Publij Africani necis soci⁹ fuisti,quòd eam legem in tribunatu tulisti,quòd semper à bonis dissensisti.& qui sapiens est, stultus non est. Alia ex CAVSIS. Auaritiam si tollere vultis:mater ei⁹ est tollenda,luxuries .si doctrinam quæritis,doctissimos quos legatis authores,& quos adeatis præceptores,vobis deligatis. Alia ab EFFECTIBVS. In Topicis ipse ab effectib⁹rebus,hoc modo,Cũ mulier viro in manũ conuenit, omnia quæ mulieres fuerint,viri fiunt dotis nomine. In locorum tractatione paulopost coniunctus huic causarum loco locus ille est,qui efficitur ex causis.vt enim causa effectum indicat:sic quod effectum est,quæ fuerit causa,demonstrat. Hic locus suppeditare solet oratorib⁹ & poetis sæpe etiam philosophis, sed & his qui ornate & copiose loqui possunt mirabilem copiam dicendi,cum denuntiant quid ex qua re sit futurum.causarum enim cognitio,cognitionem euentorum facit.In libro de oratore,Ex his autẽ quæ sunt orta de causis, si ærarij corpore & ad belli adiumẽta, & ad ornamenta pacis vtimur,vectigalibus seruiamus.Quintilianus,

Quæ vtique fiunt, talia sunt, Si sapientia bonum virum facit: bonus vir est, vtique sapiens: ideóque boni est honeste facere: mali, turpiter. & qui honesta faciunt, boni: qui turpiter, mali iudicantur rectè. Aut, plerunque exercitatio robustum corpus facit: sed nō quisquis est robust⁹, est exercitat⁹: nec quisquis exercitatus, robustus est. neque quia fortitudo præstat ne mortem timeamus: quisquis mortem non timuerit, vir fortis erit existimandus. nec si capitis dolorem facit, inutilis hominibus sol est. & hæc ad demonstratiuum genus maxime pertinēt. Virtus facit laudem: sequenda igitur. At voluptas infamiam: fugiēda igitur. Rectè autem monemur causas non vtique ab vltimo esse repetendas, vt Medea, Vtinam ne in nemore Pelio. & quæ sequuntur. Alia ex COMPAR. maiorum, aut par. aut min. Ipse in Topicis, Ex comparatione autē omnia valent: quæ sunt eiusmodi, Quod in re maiore valet, valeat in minore. vt, In vrbe fines non reguntur: nec aqua in vrbe arceatur. Item contrà, quod in minore, valeat in maiore. licet idem exemplum conuertere. Item, Quod in re pari valet, valeat in hac quæ par est: vt quoniam vsus authoritas fundi biennium est, sit etiam ædium. vt in lege ædes non appellantur: & sunt cæterarum omnium, quarum annuus est vsus, valeat æquitas, quæ paribus in causis paria iura desiderat, in locorum tractatione. Comparantur igitur ea omnia quæ aut maiora, aut minora, aut paria dicuntur: in quibus spectantur hęc, numerus, species, vis, quædā etiam ad res aliquas affectio. Numero comparantur, vt, Plura bona, paucioribus bonis anteponātur: pauciora mala, malis pluribus; diuturniora bona, breuiorib⁹: longè & late peruagata, angustis. ex qui-

bus plura bona propagentur, quæque plures imitentur & faciant: & in hoc genere quę sequuntur. commonstrato enim loco, quilibet longius poterit prospicere. In libro de oratore, Maiora autē, inquit, & minora & paria, sic. ex maiore, Si bona existimatio diuitijs præstat: & pecunia tantopere expetitur: quanto gloria magis expetenda est? Ex minore, Si hic, paruę consuetudinis causa huius mortem fert tam familiariter, quid si ipse amasset? Quid hic mihi faceret patri? Ex pari, Si est eiusdem & eripere cōtra rempub. & largiri pecunias. Quintilianus, Appositа, vel comparatiua dicuntur, quæ minora ex maioribus, maiora ex minoribus, paria ex paribus probant. Confirmatur cōiectura ex maiore, Si quis sacrilegium facit: faciet & furtum. Ex minore, Qui facile ac palàm mentitur, peierabit. Ex pari, Qui ob rem iudicādam pecuniam accepit, & ob dicendum falsum testimonium accipiet. Iuris confirmatio est eiusmodi. ex maiore, Si adulterum occidere licet: & loris cædere. Ex minore, Si furem nocturnum occidere licet: quid latronem? Ex pari, Quæ pœna aduersus interfectorē patris iusta est, eadem aduersus matris. Quorū omnium tractatus versatur in syllogismis. illa magis finitionibus, aut qualitatibus prosunt, Si robur corporibus bonum: nō est minus sanitas. Si furtum scelus: magis sacrilegium. si abstinentia virtus: & continentia. si mundus prouidentia regitur: administrāda ea respublica. si domus ædificari sine ratione nō potest: quid agēdum in naualium cura & armorum? Fit, inquit etiam Quintilian⁹, ex pluribus ad vnum: & ex vno ad plura comparatio. vnde est qui semel & sæpi⁹ & ex parte ad totū, ex genere ad speciē, ex eo quod continet ad id quod continetur, aut ex difficilioribꝰ

ad faciliora, & ex longè positis ad propiora, infinitáque est rerum comparatio, Iucundiora, grauiora, magis necessaria, honestiora, vtiliora: ac (vt ex Cicerone, quæ ponit Quintilianus, proferamus exẽpla) ex maiore, pro Cecinna Cicero, Qui exercitus armatos mouet, is aduocatione nõ videbitur mouisse. Ex facilio re, vt in Clodium & Curionem, At vide an facile fieri potueris tu, cum is factus non sit cui tu concessisti. Ex difficiliore, Vide quæso Tubero, vt qui de meo facto non dubitẽ dicere, de Ligarij nõ audeã confiteri. Et ibidẽ, An sperãdi Ligario causa non sit, cum mihi apud te locus sit etiam pro altero deprecãdi? Ex minore, pro Cecinna, Itáne vero? scire esse armatos satis est, vt vim factã probes? in manꝰ eorũ incidere nõ est satis? VT DEFINITIO. Breuiter tractat locos quos exposuimus. VT PRIMORDIA. Causas dicit, hoc est locũ à causis. CONTENTIONES, Idest cõparationes, quoniã cõparãdo alterũ cũ altero, cõtendimꝰ. AVT NATVRAE RERVM. Cõparationes enim fiũt in naturis rerũ, vt dulcibꝰ ad austera, vtilibꝰ ad inhonesta. FACVLTATES. Vt professiones, & artes, & sciẽtiæ inter se comparantur. & facultates, id est opes. facultates, inquit Cicero, sunt aut quibꝰ facilius fit, aut sine quibus aliquid confici non potest. OMNIBVS NE IGITVR. Ex istis locis argumẽta sumentur. Sane docet in vltima Topicorum parte quibus quæstionibus qui loci magis congruant. Itaque hic ait eruenda ex omnibus his locis argumenta. at adhibẽdum iudicium, vt leuia reijciamus. nam leuia à coniugatis putat argumenta Quintilianꝰ. sed causa vna, leuia aliquando habet, quæ alia causa grauia putauerit: quare hoc ipse orator poterit perpendere,

& perinde reijcere inutilia, & vtilia cauſæ accommodare. LOCOS TV. Id eſt, vbi nam motus excitetur, & in qua orationis parte auditoris animus incendatur. CVM INVENERIS. Cum materiam fueris aſſecutus, in qua tibi orandũ. COLLOCARE, Suo loco digerere. IN DEFINITA AVTEM. Hoc dicit, In quæſtione infinita fidem faciemus eo modo, quo locos digeſſimus. at in ipſa definita, locos alios adhibebimus, de quibus dicetur ſuo loco ad motus animorum faciendos.

HABEO COMMVNIA PRAECEPTA. nam eodem tempore inquit, & fidem faciam, & cõmouebo ex locis definitæ quæſtionis, id eſt quæſtionis quæ in cauſam & complexum venit perſonarũ. QVONIAM FIDES EST FIRMA OPINIO. Ideo ſi mouet animum, obnixe opinatur.

TOT SVNT ENIM GENERA. In tot genera diuiditur affectus, vt ipſe in tertio quæſtionũ Tuſculanarum. Itaque voluptatem nunc pro ſpe, & moleſtiam pro dolore poſuiſſe videtur hic Cicero, vt Virgilius in ſexto exponit. PART. PLVR. GENERVM, Id eſt multę ſunt ſpecies in quę hæc genera diuiduntur, vt ipſe in tertio quæſtionum Tuſculanarum docet. OMNEM COLL. Tam fidem faciendi quàm mouendi in conſultatione, id eſt definita quæſtione, vel propoſitione, id eſt infinita quæſtione. IN CAVSA, Hoc eſt, definita quęſtione. nam ita eam Cicero ipſe vocat in Topicis.

IN QVA EST PROPOSITVM, Id eſt quęſtio infinita, vt ipſe alibi vocat. In cauſa autẽ ideo propoſitum eſſe dicitur, quoniam cauſa, id eſt finita quæſtio, probatur ſemper per propoſitum, id eſt per infinitam quæſtionem. neq; enim obtinere vnquam

potuero licuisse Clodium vtpote insidiatorem occidere: nisi constet licere omnibus insidiatores suos occidere. AVDITORVM eam GENERE distingui, id est, quot sunt auditorum genera, tot sunt etiam causarum genera. AVSCVLTATOR MODO, id est, solum auscultat, non etiam deliberat, aut iudicat. AVT DISCEPTATOR, Hoc est discussor propositæ sententiæ. VT AVT DELECTETVR. Quod est demonstratiui generis. DE PRAETERITIS. Vt iudex: & inde iudiciale genus. AVT DE FVTVRIS, Vt senatus: & inde deliberatiuum causæ genus. IVDICII, id est, iudicialis. DELIBERATIONIS, Hoc est deliberatiui generis. ET EXORNATIONIS, Hoc est demonstratiui: quod rebus exornandis accommodatur. PROPRIVM habet NOMEN. Quia à multis laudatiuum, & Panegyricũ nominatur. DELECTATIONEM. Quod in demonstratiuo, siue laudatiuo, vel vt nunc libuit Ciceroni appellare, exornatione, nihil ferè aliud sibi proponit, quàm vt delectet. IVDICIO, id est, genere iudiciali. SAEVIT. si accusat, quam extorquere vult à iudice. AVT CLEMENTIAM, Si defendit. IN SVASIONE, id est, deliberatiuo genere in quo suademus, vel dissuademus quid quod fieri oporteat. 14 15

AVT SPEM, Cum spem habemus ita deliberatũ iri. AVT REFORMIDATIONEM. cum metuimus ne senatus contra nostram deliberet sententiam. COLLOCANDI. Propria cuilibet generi accommodandi. NAM AVT temporũ. Nanque inquit Quintilianus, aliâs ætatis gradus gestarúmque rerum ordinem sequi speciosius fuit, vt in 16

primis annis laudaretur indoles, tum disciplinę, post hoc operum, id est factorũ dictorúmque contextus.

AVT GENERVM. In species, ibidẽ inquit Quintilianus, virtutum diuidere laudem fortitudinis, iustitiæ, continentiæ, cæterarúmque: ac singulis assignare quæ secundum quanque earum gesta erãt.

AVT A MINORIBVS, A bonis externis vel corporis, ad animi bona: aut quæ pusilla, & inde ad maiora. AVT HAEC INAEQVALI. De omnibus pariter ac tẽpore vno bonis tractabimus.

SIMPLICIA. Quæ solus quis aut primus fecisse dicitur. CONIVNCTIS. Vt si cum paucis vel etiam pluribus & eisdẽ illustribus fecit quis.

OBSCVRA, Minus cognita. DILVCIDIS. Quæ palàm sunt omnibus. LAETA TRISTIBVS, Vbi cordis magnitudinem in aduersis ostenderit. INCREDIBILIA, Quæ credi sua magnitudine non posse videantur.

17 PRINCIPIA. Hoc dicit, In deliberatiuo genere aut breuia, aut nulla esse exordia expedit.

PRAETERITARVM Vt in iudicijs.

PRAESENTI. Vt in demonstratiuo genere.

ADMOTVM, Vt concitatum habeat auditorem.

18 RERVM ORD. Id est, vt reus accusari pro cõmissis dignus videatur facinoribus. QVASI HASTA Quòd ita argumenta contorqueat, eisque compungat reum, vt in militia hostem suum miles hasta petit. VEHEMENTER. Vehemens est & erectus, vt in Verrẽ Cicero. ACRITER, Instãdo, adurgẽdóq;. CONFIRMAT TABVLIS. Hæc suprà exposita sunt, vbi de locis diximus artis expertibus. ACCVRATIVS, Vt motus animorum maiores faciat. IN PER-

ORATIONIS. De quibus suo loco dicetur, vbi de partibus orationis præcepta tradētur. PAVLVLVM. Quod facit aliquādo in Verrē Cicero, vt in Segestana Diana. VT IRATVM. In reum iudicis animum exulceret. AVT RELINQVENDAE, Id est, nullæ narrationis partes referendæ, ne molesta, quæ narrata sunt, iudicis mentē adhuc in odiū reficiant. FIRMAMENTA. Quibus sublatis, defensio nulla sit, vt inquit Quint. in III lib. hoc est firmissima argumēta, quibus magnopere nititur aduersarius. AVT PER SE, Sine alijs argumētis infirmāda. AVT OBSCVRANDA, id est nō plana, nō aperta esse ostendenda. AVT DIGRESSIONIBVS. Hoc est à proposito reuocāda. AVDITORES MODERANTVR aures oratori. Hoc est audiēdo, quid dicendū & quid fugiendū sit, oratori ostēdūt: quod ex ipsorum vultu motúq; facile deprehendi potest. 19

VNVM GENVS est eloquēdi. Postea quàm de inuentiōe, simúlque de dispositiōe locutus est, sequitur vt de elocutione, vnde & eloquētia nomē habet, dicat. Eius itaque duo esse ait genera: vnū sua spōte fusum, hoc est naturale: vt omnes loquūtur. VERSVM ATQVE MVTATVM, hoc est tropis schematísq; distinctū. SIMPLICIA Hoc dicit, Naturalis oratio, aut in simplicibus, aut cōiunctis cōsideratur verbis. simplicia inueniēda, hoc est eligenda: vt Quintilianus libro VIII inquit. sunt alia aliis honestiora, sublimiora, nitidiora, iocundiora, vocaliora, vt syllabæ è literis melius sonantibus sunt clariores, ita verba è syllabis magis vocalia· & quo plꝰ quoque spiritus habent, auditu pulchrius: & quod facit syllabarum, idem verborum quoque inter 20

se se copulatio, vt aliud alij iunctum melius sonet. diuersus tamen est vsus. nam rebus atrocibus verba etiam ipso vultu aspera magis conuenient.

QVAE SIGNIFICATA SVNT SENSV, id est, proprietate intellectus. Proprietas, inquit Quintilianus, non ad nomen, sed ad vim significandi refertur: nec auditu, sed intellectu perpẽdẽda est. Secundo modo dicitur proprium inter plura quæ sunt eiusdem nominis, & vnde cætera dicta sunt: vt vertex est contorta in se aqua: vel quicquid aliud similiter vertitur. inde propter flexum capillorũ, pars summa capitis. & ex hoc inquam, in montibus eminentissimum, rectè dixeris. hæc omnia, vertices. Et tertius est huic diuersus modus, cum res communis pluribus, in vno aliquo habet nomen eximiũ. vt carmẽ funebre, proprie nænia· & tabernaculum ducis, augustale. Item quod cõmune est, & alijs nomen intellectu alicui rei peculiariter attribuitur: vt vrbem, Romam accipimus: & vænales, nouitios: & corinthia, æra: cũ sint vrbes aliæ quoque, & vænalia multa, & tam aurum & argentum, quàm æs corinthiũ. sed ne his quidem virtus oratoris inspicitur. At illud iã nõ mediocriter probãdũ, quod hoc etiã modo laudari solet, vt proprie dictũ, id est, quo nihil possit inueniri significãtius, vt Cato dixit, C. Cæsarẽ ad euertendam R. publicam sobrium accessisse. vt Virgilius, deductum carmen. & Horatius, acrem tibiam, Anni balémque durũ. In quo modo illud quoq; est à quibusdam traditum, proprium genus ex appositis quæ epitheta dicuntur: vt dulce mustum, & cum dentibus albis. de quo genere postea dicemus. Etiã quæ bene translata sunt, propria dici possunt: quæ sunt in quoque præcipua, proprij locum accipiunt, vt Fa-

bius inter plures imperatorias virtutes cunctator est appellatus. REPERTA, QVAE EX HIS. Id est reperta dicuntur, quæ ex natiuis, hoc est naturalibus, quibus omnes vtuntur, à nobis deducta repertáque sunt: vt Cicero ab eo quod est beatus beata beatum, finxit reperítq; beatitas & beatitudo: quæ dura Quintilianus quidem sentit esse. Veruntamen vsu putat posse molliri, ac vt à Cicerone etiam syllabatum, ita ab Asinio fimbriatum, & figulatum.

NOVATA. Vt quæ memorauimus. AVT 21
SIMILITVDINE. Sicut bonitas dicitur, ita beatitas: beatitudo ita dicitur vt magnitudo.

AVT IMITAT. Vt enim Græci dicunt μεσότητας, ita Cicero de vniuersitate medietates. ac sicut à Græcis ὄν & οὐσία dicitur, ita à Sergio Flauio vt Quintilianus ait, ens & essentia· & quę à Græcis ἐνάργεια dicitur, à Cicerone in Hortensio tũ perspicuitas, tum euidentia. AVT INFLEXIONE. Quemadmodum pyraticam (vt tradit Quintilian⁹) sicut musicam, à pyratis deriuarũt multi, vsiq; eo sunt verbo. Nec ideo ait hic Cicero inflexione, quin superiora quoque inflectantur: nam ait primo reperta quæ ex his facta sunt. sed propter id quod sequitur. AVT ADIVNCTIONE VERBORVM, Hoc est cum per compositionem nouantur: vt Lucretius terriloquis dictis inquit, & barbigerum pecus: & Cicero soliuagas feras. nam cum sint eorum simplicia natiua, composita certe reperta sunt: quod genus vehementer Horatius in arte poetica probat, cum inquit, Dixeris egregie notũ, si callida verbũ Reddiderit iunctura nouũ. ALTERA NATVRA. Distinguit Cicero adhuc verba, vt alia natura dicat, alia tractatu ipso considerari.

Natura, vt SONANTIORA sint alia, quemadmodum ductor, quàm dux. GRANDIORA. Vt vastum pelagus quàm magnum. LEVIORA. Id est, magis lubrica, & quodammodo nitidiora: vt meliuscule, leuiuscule, & tales molliuscule pro-
22 nuntiatæ dictiões. ALIA CONTRA. Vt, horrida terra tremit. & similia. TRACTATIONE. Cum aut propria sumuntur vocabula, eo modo quo, tradente Quintiliano, diximus fieri: vt cum dicimus sterilem platanum, tonsásque myrtos, maritã vlmum, & vberes oleas. AVT ADDITA AD NOMEN. Id est epitheta, vt impium parricidam: cuersorem Carthaginis & Numantiæ Scipionẽ intelligimus: principem eloquentiæ, Ciceronem.

AVT NOVA. Vt Cicero fauorem, & vrbanũ, tradẽte Quint. noua putat: vt putat Terent. primo dixisse obsequium. AVT PRISCA. qualia Ciceronis sentẽtia in libro de oratore sunt, reor, autumo, & (vt Quintilianus inquit) nuncupare, fari, & huiusmodi multa quæ certe grandem & sanctiorem & magis admirabilem nostram reddunt orationem.

AVT A B oratore MODIFICATA, Verba, inquit, in alium modũ trahuntur aliúmque inflectũtur significatũ, quàm sit eorũ naturalis significatio, per translationem. transfertur ergo nomen aut verbum, vt Quintilian⁹ inquit, ex eo loco in quo primũ erat, in eum in quo aut propriũ deest, aut trãslatum proprio melius est. id facimus aut quia necesse est: aut quia significantius est: aut, vt dixi, quia decẽtius est. Vbi nihil horum præstabitur, quod transferetur, improprium erit. necessitate rustici gemmã in vitibus dixerunt, inde gẽmare etiam vites inquit Cicero: sitire segetes, & frutices laborare. nos necessitate du-

rum hominem, aut aſperum: non enim propriũ erat quod daremus his affectibus nomen. nam incenſum ira, & inflãmatum cupiditate, & lapſum errore, ſignificãdi gratia. nihil enim horum ſuis verbis, quàm his arceſſitis magis proprium erit. Illa ad ornatum, Lumen orationis, & generis claritatem, & concionũ procellas, & eloquẽtiæ flumina: vt Cicero pro Milone, Clodium fontem gloriæ eius vocat. & in alio loco ſegetem ac materiem. Quædam etiam parum ſpecioſa dictu, per hanc explicantur: Hoc faciunt, nimio ne luxu obtuſior vſus sit genitali aruo, & ſulcos oblimet inertes. AVT IMMVTANTVR. Quę figura, metonymia dicitur: quam, vt Cicero in oratore inquit, hypallagen eſſe rhetores dicunt. hæc inuẽta ab inuentore, & ſubiecta ab obiicientibus ſignificat, vt Cererem corruptam vndis. Et, receptus terra Neptunus. Refert autem, inquit Quintilianus, in quantũ dictus tropus oratorẽ ſequatur. nam vt Vulcanum pro igne vulgo audimus, & vario Marte pugnatũ eruditus eſt ſermo: & Venerẽ quàm coitũ dixiſſe magis decet: ita Liberũ & Cererẽ pro vino & pane licẽtius, quàm vt fori veritas ferat. AVT EA QVIBVS TANQVAM ABVTIMVR. Hęc figura à Gręcis catachreſis nominatur, quam, vt inquit Quint. recte dicimus abuſionẽ: quæ nõ habẽtibus nomẽ ſuũ, accõmodat, quod in proximo eſt: vt parricida, matris quoq; aut fratris interfector. & ſi dicas, vt ſis bonus, hoc ego nõ metuo. & cũ inquit Iuuenalis, quartanã dudũ ſperãtibus ægris, pro timẽtibus. AVT EA QVAE OBSCVRAMVS. Hanc Græci allegoriam vocant, quam nos, vt Quintilianus inquit, inuerſionẽ interpretamur, aliud verbis, aliud ſenſu oſtẽdit, ac etiã interim cõtrariũ. Prius

vt O nauis, referent in mare te noui Fluctus, ò quid agis, fortiter occupa Portum. Totúsque etiam ille Horatij locus, quo nauem pro repub. fluctuum tempestatem pro bellis ciuilibus, portum pro pace atq; concordia dicit. Tale Lucretius, Inuia Pieridũ peragro loca. Et Virg. Sed nos immensum spatijs cõfecimus æquor, Et iam tempus equũm spumãtia soluere colla. Sine translatione verò in Buccolicis, Certe equidem audieram, qua se subducere colles Incipiunt, mollique iugum demittere cliuo, Vsque ad aquam, & veteris confracta cacumina fagi: Omnia carminibus nostrum seruasse Menalcam. Hoc enim loco, præter nomẽ, cætera proprijs expressa sunt verbis. verum nõ pastor Menalcas, sed Virgilius est intelligendus. Apud Ciceronẽ, Equidem cæteras tempestates & procellas in illis dúntaxat fluctibus concionũ semper Miloni putaui esse subeũdas. Nisi adiecisset (inquit Quintilianus) dúntaxat fluctibus cõcionum, allegoria esset: eam nunc miscuit· est ergo mista cũ translatione allegoria. Illud verò longe speciosissimum genus orationis in quo trium est permista gratia, similitudinis, allegoriæ, & translationis. vt pro Murena Cicero, Quod fretum, quem Euripum, tot motus, tantas, tam varias habere putatis agitationes fluctuum, quantas perturbationes, & quantos æstus habet ratio comitiorum? Dies intermissus, aut nox interposita sæpe perturbat omnia, & totam opinionem parua nonnunquam commutat aura rumoris. Hæc allegoria, inquit Quintilianus, quæ est obscurior, ænigma dicitur, vitium meo quidem iudicio: siquidem dicere dilucide, virtus. quo tamen & poetæ vtuntur, Dic quibus in terris, & eris mihi magnus Apollo, Tris pateat cœli spatium non

ampli⁹ vlnas. Ænigmata itaq; sunt, quæ nisi quis interpretetur, non intelligas. Ideo dum ait Cicero, aut quæ obscuramus: non verisimile est vt ænigma intelligat: sed allegoriam, quæ paulo obscuri⁹ effert quod sibi vult, vt tamen possit intelligi. QVAE INCREDIBILITER TOLLIMVS. Hāc Grę ci figurā hyperbolen vocant, vt, Geminique minantur in cœlū scopuli. &, Fulminis ocior alis. &, Illa vel intactæ segetis per summa volaret Gramina, nec teneras cursu læsisset aristas. Cicero in Antoniū, Quæ charybdis tā vorax? Charibdin dico? quæ si fuit, fuit animal viuum: oceanus mediusfidius vix videtur tot res, tam dissipatas, tam distātibus in locis positas, tā cito absorbere potuisse. Et rursus in Verrē Pindarū secutus, Versabatur in Sicilia longo interuallo alter, nō Dionysius ille, nec Phalaris (tulit enim illa quondam insula multos, & crudeles tyrannos) sed quoddam nouum monstrum, ex vetere illa immanitate, quæ in ijsdē locis versata esse dicitur. Nō enim Charybdin tam infestam, neque Scyllā nautis, quàm istū in eodē freto fuisse arbitror. QVAEQVE ADMIRABILIVS QVAM SERMONIS CONSVETVDO PATITVR ORNAMVS. Hanc figuram, periphrasim vocāt Græci, Circuitum loquendi ornatum (inquit Quintilianus) petit solum: qui est apud poetas frequentissimus. Tempus erat quo prima quies mortalib⁹ ægris Incipit, & dono diuûm gratissima serpit. Et apud oratores nostros, semper tamen astrictior. quicquid enim significari breuius potest, & cum ornatu latius ostenditur, periphrasis est. NVMERI QVIDAM. Expositis simplicium verborū præceptis, nunc tradit coniunctorum: & primo quidem numeros in oratione

cuſtodiendos dicit: qui quales nam ſint, breuiter & vtiliſſime ex omnibus colligemus authoribus qui de numeris locuti ſunt. Numerus omnis oratorius, quē Græci rhythmon vocant, tum in principio clauſulæ, tum in fine conſideratur. In principio quidem clauſulæ, modo duo, aut tres, modo qualeſcūque qui fluant bene, iungūtur pedes: ſed etiam incipitur à carminis principio, & aliquando ab integro verſu: vt Plato Timæum orſus à verſu heroico ἓς. δύο. τρεῖς. ὁ δὲ δὴ τέταρτος ἡμῖν ὦ φίλε τίμαιε ποῦ, i. Vnus. Duo. Tres. Quartus porrò nobis vbi nam ò amice Timæe? Ab integro autem ſenario iambico dicendi accuratiſſim⁹ præter alios omnes oratores Iſocrates, Panathenaicum incepit, cum inquit, νεώ τινος μὲν ὧν προηρούμην γράφειν. Titúſque Liuius, vt Quintilianus putat, à verſu heroico hiſtoriā ſuam inchoauit: vt meli⁹, quàm vt nūc., legatur Facturús ne operæ pretium ſim. Ita Diomedes annotat Salluſtiū in principio Iugurthę, & Ciceronē ſæpiſſime principia orationum à metris integris incepiſſe. Quare vt in principio clauſulæ bene à carmine incipitur, ita male deſinit in carmē clauſula, ſiue integrum, ſiue verſus vltimam partē. Luſorium ſiquidem habet quiddam, & perinde contemnendū. Cuiuſmodi ergo pedibus clauſula recte terminetur, iam videam⁹. Cum igitur aures extremum ſemper expectent, in eóque conquieſcant, id vacare numero non oportet. At & Ariſtoteli & Ciceroni & Quintiliano placet ſententiæ quoque initium, cuiuſmodi dixim⁹, numeroſum eſſe: quòd ſtatim à principio ſententiæ, dictionis concinnitate multum afficiamur: & ipſa concluſione, ne claudicans ac quaſi fluctuans, ſed æqualiter habeat oratio. Illud igitur primò nos non fugiat, non tantū

referre qui pedes, ſed etiam quæ verba commiſſura quadam claudant orationē. Primo igitur, pedes numerus oratorius nullos, vt etiam Quintilianus exiſtimat, reſpuit: quare non pedes, ſed pedum iuncturæ damnandæ ſunt, aut eligendæ. Commonebimus ergo iuncturas aliquas, vt ex eis aurem ſuam conſulēs & iudicium adhibens, cæteras poſſit cuſtodire. Vt ergo de verbis loquamur, ſi in extrema clauſulę parte breuiora locaueris, infringitur illa quaſi membrorum comprehēſio: quare aut paria ſyllabis eſſe oportet poſteriora ſuperioribus: aut, vt Cicero putat, melius, iucundiúſque longiora claudent. Veruntamen non refert ſi monoſyllabum ſit: in fine enim antecedenti iungi videtur, vt auxilium eſt. Spondeus ergo, vt à duarum ſyllabarum pedibus ordiamur, quo Demoſthenes plurimum vſus eſt, moram affert: ac illud generaliter tenendum eſt, quòd quo pedes ſunt temporibus pleniores, longíſque ſyllabis conſtant, hoc ſtabiliores ſunt & grauiores, grauiorémque reddunt orationem: breues autem, celerem ac mobilem. Spondeus præcedente ſe pyrrhichio, bene ſonat, vt, timuerunt. vel trochæo: vt, arma ſumpſi, &, acta res eſt. vel iambo: vt manus armant. Ipſe autem ſibi male ſpondæus præponi creditur: vt, oratores. præterquam in cæſis ac membris, vt Craſſi illud, Nos oppugnāt. Ne dactylus quidem bene præponitur, quòd finis verſus videatur heroici. ſunt tamen qui admittant. Si Anapæſtus antecedat in vna parte orationis, lubrica ſtructura eſt: vt dominabatur. vbi diuerſæ fuerint partes orationis, retentus ſpiritus firmitatem facit: vt videant ipſi. Idem de tribracho dicimus: vt, gerere morem, &, facilitates. Spondeus recte iambo præponitur, vt doctus

fui. ſeipſum præcurrit iambus bene, vt bona fide. & cretiço antecedente: vt proſpera fide. Trochæus bene ſe præcedit, quo frequenter vtitur numero Tullius, vt eſſe ei pœnas perſolutas. & Gracchi illud, temeritas filij comprobauit. Trochæus autem, ſpondeus, & iambus, vt Cicero putat, male concludunt. rerum tamen tumor, ex ſpondeis atque iambis maxime continetur, vt Sceptrum mihi liquit Pelops. Pyrrhichius currit: vt, quid igitur faciã? Dactylus Ariſtoteli amplior, ſicut humanior videtur. Iambus clauſulam is fortem reddit antecedẽte trochæo: vt, iure fecimus. pyrrhichio antecedente: vt bene dicitur. Spondeo, Cauſas audias, iuſte fecimus. Iambo, fide dicitur, dies attulit. Tribrachus dactylum bene præcedit, recole nomina. Anapęſtus, repetes cætera. Et moloſſus, quærebat dicere. Facit etiam tribrachus ad clauſulam, præcedente cretico. vt ſi dicas, de cæteris agite, de prælijs redeo, de literis dubito. Amphibracus quoque recte ponitur in clauſula, ſpondeo ferè antecedẽte, ludos habete, rectè locut⁹, Trochæo, iuſta querela. Anapæſtus etiam cõuenit: ſed in rhythmi modum profluit, vt innocentiæ leue præſidium eſt. Mollior fiet pręcedente ſpondeo, vt ſi mutes, leue innocentis præſidium eſt. profluit etiam ſi trochæum anteponas, vt, nomen erat imperij. Creticus antecedens eum paulo fortiorem reddit: vt, nobiles homines. Ante ſpõdeum exultat: vt de quo nihil dicam. Niſi depellendi criminis cauſa, Et quouſq; tandem abutere Catilina patientia noſtra? Duo autem, aut tres, vt vult Cicero, ſunt fermè extremi ſeruandi pedes, ſi modo ſuperiora breuiora nõ ſint, aut creticus, aut herous, aut pæon. Creticum bene antecedent vel anapæſtus: vt, populo conferũt. vel pæon

vltimus:vt, placat facilitas nobiles. vel epitritus tertius,seruare quamplurimos. vel trocheus,turpe ducerem.Hæc de duarum & trium syllabarum pedib9. Nũc alios videamus. Pæonem primum & quartum probat Aristoteles,cui à priore ordiendum placet,vt hæc verba sunt,desinite,incipite,comprimite.posteriore autem finire:vt in hæc verba,agilitas,facilitas, domuerãt.Pæona tertium aiunt omnes bene cõcludere:cui Cicero tribrachũ anteponit:vt facere videamur. aliquando iambum:vt in Catilinam, cum omnibus potius,quàm soli, pati voluerũt.sæpissime autem trochæum:vt,quantum laboris sit habitura:&, diu multúmque mecũ Brute dubitaui. &,frequẽtissime esse videatur.Dichoræo quoq; frequẽter vtitur. vt,dicere maluerunt.&,crímina detulerunt.& exercitũ compararunt. &, cõtra amentíam perditorum. Antispastum bene dactylus antecedit:vt,vir optim9 videretur.& trochæus:vt,interfectam esse fateretur. Ionicum maiorem bene præcurrit tribrachus: vt,te ad crudelitatem acuet oratio. Nonnunquã trochæ9, vestit oratio.his Cicero vtitur.Ex quinque autẽ syllabis pedes fluxiorem structuram faciunt: vt arbitramini,interrogauerunt,desiderauerũt. Omniũ quinque syllabarum Cicero dochimum probat maxime: cuius ponit exemplum, amicos tenes· & vbiq; aptũ esse dicit,modò semel ponatur:quoniã iterat9,apertũ faciat numerũ.Hæc sunt quæ breuissime dicenda de numeris putauimus.Nunc reliquã prosequamur interpretationẽ. NVMEROS, AVRES.Hoc est, ne clausula quæ numeris clauditur, sit longior, quàm vno spiritu pronũtietur:aut breuior, vt aures frustretur audientiũ. CONSECVTIO AVTEM. Hoc est,ne solœcismum grammatice vitium

facias. VT IN SIMPLICIBVS, Quod non est LATINVM, sed barbarum, reprehenditur: ita in CONIVNCTIS inquit, solœcismus. Vitanda ergo hæc duo in oratione vitia monet, barbarismũ,
24 & solœcismum. DILVCIDVM. Appellat dilucidum, quod etiam apertũ in Rhetoricis nominat, vbi narrationis præcepta tradit. Quintilianus, Aperta, inquit, & dilucida erit oratio, si fuerit primùm ex posita proprijs verbis, & significantibus, & non sordidis quidem, non tamen exquisitis, & ab vsu remotis. tum distincta rebus, personis, temporibus, locis, causis, ipsa etiam pronuntiatione in hoc accommodata, vt iudex, quæ dicũtur, quàm facillime accipiat. Hæc de narratione locut⁹. At de elocutione, Nobis, inquit, prima sit virtus perspicuitatis, propria verba, rectus ordo, non in longũ dilata conclusio, nihil neque desit, neque superfluat. ita sermo & doctis probabilis, & planus imperitis erit. Hęc est eloquẽdi obseruatio. Nam rerũ perspicuitas quo modo præstanda sit, diximus in præceptis narrationis. similis autem ratio est in omnibus. Nam si neque pauciora quàm oportet, neque plura, neque inordinata, aut indistincta dixerimus, erunt dilucida, & negligenter quoque audientibus aperta. Rectè ergo monet Cicero, vt si dilucidam elocutionẽ velimus, vsitatis vtamur verbis, id est non à loquẽdi consuetudine remotis. PROPRIIS. Quod Quintilianus inquit, significantibus, hoc est bene explicantib⁹. DISPOSITIS, Suo in loco collocatis. AVT CIRCVNSCRIPTIONE CONCLVSA. Id est clausa, astricta, nõ vaga. AVT INTERMISSIONE, Cũ parenthesin facimus. AVT CONCISIONE VERBORVM. Cum verba

ſubticemus non neceſſaria: vt Plinianum illud, an venaris, an piſcaris, an aucuparis, an ſimul omnia? & infinita huiuſmodi. OBSCVRVM. Tangit vitium dilucidò contrarium virtuti. nam corrupta, vt inquit Quintilianus, oratio, in verbis maxime impropriis redundantibus comprehenſione obſcura, cõpoſitione fracta, vocũ ſimiliũ aut ambiguarum puerili captatione, conſiſtit. LONGITVDINE. Igitur, inquit, longius euagatur oratio. CONTRACTIONE. Cum oratio conciſa eſt, & verba neceſſaria ſubticuit. AMBIGVITATE. Cum ſenſus multiplex eſſe verborũ poteſt. INFLEXIONE. Cũ verborũ deriuatio nõ percipitur: velut apud Ciceronẽ in Bruto cũ Siſenna dixiſſet ſputatilica, à Grannio irriſus eſt, quòd pro eo verbo villa intelligeret.

IMMVTATIONE VERBORVM. Cum alia pro alijs ponũtur verba: vt qui ſolẽ aurũ, & lunã argentum vocant. BREVITAS AVTEM. Quintilianus, Ac merito laudatur breuitas, inquit, integra: ſed ea min⁹ pręſtat quotiẽs nihil dicit niſi quod neceſſe eſt, βραχυλογίαμ breuitatẽ vocãt quę reddetur iter ſchemata. Eſt vero pulcherrima cũ plura paucis cõplectimur, quale Salluſtij, Mithridates corpore ingenti proinde armat⁹. Inter ſchemata autẽ vtimur hac figura inquit, non ſingulis modo verbis, ſed etiã ſentẽtijs: vt Cicero dicit cõtra cõtionẽ Metelli: qui iudicabãtur, eos vocari, cuſtodiri ad ſenatũ adduci iuſſi. in ſenatu ſunt poſiti. & tot⁹ hic loc⁹ talis. Hoc genus βραχυλογίαμ vocãt. Hoc ergo dicit Cicero, Breuitas cõficitur SIMPLICIBVS verbis, non aceruatis.

PROBABILE AVTEM GENVS. Probabile autẽ, inquit Cicero, id genus dicit, quod nõ plus minúſve eſt, quàm dicit, nõ quia comi expoliriq; nõ

debeat(nam & hæc ornatꝰ pars eſt) ſed quia vitium eſt vbique quod nimiũ eſt. SI NON NIMIS COMPT. quoniam hæc veritatis fidem tollunt.

SI EST AVTHORITAS ET PONE. ne laſciuire compoſitione videamur. ILLVSTRIS eſt autem oratio. Quintilianus quoque cũ de probabili loquitur orationeſubiungit, Itaque in nobis eſſe oportet authoritatem, in verbis ſententias vel graues, vel aptas opinionibus hominum ac moribus. his enim ſaluis, licet aſſumere ea quibus illuſtrẽ fieri orationem putamus. delectant tranſlata, ſuperlata, ad nomen adiuncta, duplicia, & idem ſignificãtia, atque ab imitatione rerum non abhorrẽtia. Vbi licet nobis intueri, ad verbũ, Ciceronis verba ex hoc loco ſuſtuliſſe, nẽc tamen eum nominaſſe. Et aliquanto poſt, Itaque ἐνάργειαν, inquit, cuius in præceptis narrationis feci mentionem, quia plus eſt euidentiã, vel vt alij dicunt, repræſentatio, quàm perſpicuitas, & illud quidem patet, hæc ſe quodammodo oſtẽdit, inter ornamenta ponamus. Magna virtus eſt, res de quibꝰ loquimur, clare, atque vt cerni videantur, enũtiare. neqꝫ enim ſatis efficit, neqꝫ vt debet plene dominatur oratio, ſi vſqꝫ ad aures volet, atqꝫ ea ſibi iudex de quibus cognoſcit, narrari credit, nõ exprimi, & oculis mentis oſtendi. Eſt igitur vnum genus quo tota rerum imago quodammodo in verbis depingitur, Conſtitit in digitos extemplo arrectus vterque, &cætera, quæ nobis illam pugilũ congredientiũ aciẽ ita oſtendunt, vt non clarior futura fuerit ſpectantibus. Cicero quoque in Verrem, Stetit ſoleatus Prætor Pop. Ro. cum pallio purpureo, tunicâque talari, muliercula nixus in littore. Nõ ſolũ qui legit hæc, ipſum os intueri videatur & habitũ: ſed quædam etiã

dam etiam ex his quæ dicta nõ sunt, sibi ipse astruat. ego certe mihi cernere videor & vultum, & oculos, & deformes vtriusque blanditias, & eorum qui aderant tacitam auersationem ac timidam verecundiam. interim ex pluribus efficitur illa, quam conamur exprimere, facies: vt est apud eundem, nempe omnium ornatum virtutum. Exemplum vel vnum sufficiat in descriptione conuiuij luxurioſi, Videbar videre alios intrantes, alios verò exeuntes· quosdam ex vino vacillantes: quosdam hesterna ex potatione oscitantes. humus erat immunda, lutulenta vino, coronis languidulis, & spinis cooperta pisciũ. Quid plꝰ videret qui interesset? Hæc est ergo illustris oratio de qua Cicero loquitur, cum inquit, Illustris est autem oratio si & verba grauitate delecta ponuntur, nõ ridicula, sed quæ pondus suum habeant. ET TRANSLATA. Hoc hyperbole, de qua dictũ figura. ET AD NOMEN ADIVNCTA. Quę dicuntur epitheta: de qua sane figura ita Quintilianus, Epitheton quod recte dicimus appositum, à nonnullis sequens dicitur. eo poetæ & frequentius & liberius vtuntur. Nanque illis satis est conuenire verbo cui apponitur, & ita dentes albi & humida vina in his non reprehenduntur. Apud oratorem, nisi aliquid efficitur, redundat. id autem erit huiusmodi, vt si dicas, ò facinus indignum, ò durũ pectus quod ob rem ridiculam amicissimum perditum ire possit. Solet fieri alijs adiunctis epitheton tropis: vt apud Virgilium, turpis egestas, tristis senectus. verũtamen talis est ratio huiusce virtutis vt sine appositis nuda sit & velut incompta oratio. ET DVPLICATA. Et idem significantia, vt Ciceronis illud in Catilinam, Tandem aliquando Quirites Catilinam fu-

rentem audacia, scelus anhelantem, pestem patriæ nefarie molientem, vobis atque huic vrbi ferrum, flammámque minitantem, ex vrbe vel eiecimus, vel emisimus, vel ipsum egredientem vrbe prosecuti sumus. abijt, excessit, euasit, erupit. SENSVS ATTINGITVR. Hoc est animus compungitur.

ET CAETERIS. quæ dicta, & quæ statim dicentur de suaui oratione. ALTERO FIT. Di
26 lucidum dicit. SVAVE AVTEM. vt vno Ciceronis modò contenti simus exemplo, Si patres cõscripti, pro vestris immortalibus in me fratremque meum liberósque nostros meritis parũ vobis cumulate gratias egero, quæso, obtestórque ne meæ naturæ potius, quàm magnitudini vestrorum beneficiorum id tribuendum putetis. quæ enim tanta potest existere vbertas ingenij? quæ tanta dicendi copia? quod tam diuinũ atque incredibile genus orationis, quo quisquam possit vestra in nos vniuersa promerita, non dicam complecti orando, sed percensere enumerando? & totus ille locus. CONIVNCTIONE, Id est, verborum structura.

ASPEROS CVRSVS. Vt Sextus Roscius, melius dicas, Sextus quoque Roscius nõ, sed rex Xerxes: at pro eo, rex autem Xerxes, & similia.

DISIVNCTOS. Cum extrema vocalis vocalem primam verbi sequentis includit: vt si dicas, ære emit, illi incumbit, fore omnia: & similia. hiatus enim iunctura, quæ structior, plenióraque fieret si eam sonantes vocalibus applicaretur, hoc modo, ære mercatur, illi totus incumbit, fore cætera. CIRCVNSCRIPTA. Hoc dicit si clausula longior non fuerit quàm vt vno possit spiritu enuntiari: vt in

ipsa clausulæ pronuntiatione vocem mutare non necesse fuerit. HABEÁTQVE. ne alia grandia, magnificáque, alia porrò humilia & depressa. nã in sermone tenui, sublime, nitidúmque non convenit, fitque corruptum, quia in plano tumet. Ita humilia circa res magnas carpimus: itaque vt ridetur illud, Prætextam in cista mures rosêre Camilli. ita probatur Virgilianum illud, Sæpe exiguus mus. nam adiectiuũ exiguus, epitheton aptum proprium, effecit ne plus expectaremus. & casus singularis magis decuit: & clausula ipsa vnius syllabæ non vsitata, addit gratiam. Imitatus itaque est vtrunque Horatius, Nascetur ridiculus mus. Ex CONTRARIIS. Hæc figura Antitheton appellatur, Latine Contrapositum. cuius exemplum non videmus commodius proferre posse, quàm Ciceronis illud in Catilinam, Ex hac enim parte pudor pugnat, illinc petulantia: hinc pudicitia, illinc stuprum: hinc fides, illinc fraudatio: hinc pietas, illinc scelus: hinc constantia, illinc furor: hinc honestas, illinc turpitudo: hinc continentia, illinc libido. Denique æquitas, temperantia, fortitudo, prudentia, virtutes omnes certant cum iniquitate, cum luxuria, cum ignauia, cum temeritate, cum vitijs omnibus. Postremo copia cum egestate, bona ratio cum perdita, mens sana cum amentia, bona denique spes cum omnium rerum desperatione confligit. Quintilianus autem de hac figura locutus, Non vno, inquit, fit modo. nam & fit si singula singulis opponuntur: vt, vicit pudorem libido, timorem audacia. & bina binis: non no-

ſtri ingenij eſt, veſtri auxilij eſt. & ſententia ſententijs: dominetur in concionibus, iaceat in iudicijs.

RELATA Ad idem VERBVM. Vt, Neque is es Catilina vt te aut pudor à turpitudine, aut metus à periculo, aut ratio à furore reuocarit. ad idē enim verbū plura referūtur: quod fit aut prępoſito verbo, aut in vltima parte collocato, vt hic: aut in medio.

ET GEMINATA Vt, Perturbatio iſtū mentis, & quædam ſcelerū offuſa caligo, & ardentes furiarum faces excitarunt. Et illud, Inueſtigata, cōperta, patefacta, ſublata, deleta, extincta. Et illud, Pater hic tuus, patrem hunc appellas? patris tui filius eſt.

CONSTRVCTIO Vt tectúmque, larémque, Armáque Amyclæúmque canē, Creſſámque pharetram. DISSOLVTIONIBVS. Vt, Alexandro Aquilane in deliberando conſilium, in præliādo virtus, in beneficio benignitas nō deerat, ſed duntaxat in ſupplicio crudelitas. nā cum aliqua res dubia accidiſſet, apparebat ſapientiſſimus: cum autem confligendum eſſet cum hoſtibus, fortiſſimus: cū vero præmium dignis tribuendum, liberaliſſimus: & cum animaduertendum, clementiſſimus. Et apud Virgiliū, Hic illum vidi iuuenem Melibœe, quotannis Bis ſenos cui noſtra dies altaria fumant, Hinc mihi reſponſum primus dedit ille petenti. Sed vtrunque horum, inquit Quintilianus, coaceruatio. etenim tantum iuncta aut diſſoluta, omnibus ſcriptores ſua nomina dederunt, ſed varia, & vt cuique fingere placuit. fons quidem vnus, quia acriora facit, & inſtantiora quæ dicimus, & vim quandam præ ſe ferētia velut ſæpius erumpentis affectus. FIT ETIAM SVAVIS: Vt ipſe Cicero pro Cælio, Prægeſtit animus iam videre primum lautos iuuenes mu-

lieris beatæ ac nobilis familiares. deinde fortis viros ab imperatrice in insidijs, atque in præsidio balnearum locatos: ex quibus requiram quonam modo latuerint? aut vbi? alueúsne ille, an equus Troianus fuerit, qui tot inuictos viros muliebre bellum gerentes tulerit, at texerit? Illud vero respondere cogam, Cur tot viri ac tales, hunc & vnum, & tam imbecillum, quàm videtis, non aut stantem comprehenderint, aut fugientem consecuti sint? qui se nunquam profecto si istum in locum processerint, explicabũt. quàm volent in conuiuijs faceti, dicaces, nõnunquã etiam ad vinum diserti sint. alia fori vis est, alia triclinij: alia subselliorum ratio, alia lectorum: non idem iudicum comessatorúmque conspectus: lux denique alia est solis, & lychnorum. Delectat Vt ipse in Pisonem, Sed multa carne subrancida, serui sordidati ministrant, nonnulli etiam senes: idem coquus, idem atriensis: pistor domi nullus, nulla cella: panis & vinum à propola, atq; de Caupona: Græci stipati, qui in lectulis, sæpe plures, ipse solus, bibitur⁹ quæ eodem de solio ministrentur. vbi Galli cantum audiuit, auum suum reuixisse putat: mensam tolli iubet. QVAEQVE SIGNIFICAT. Vt pro Cælio, Adulterum ego putarem, siquis hanc paulo liberius salutasset. Et contra Catilinã, Serui, me hercule mei si me isto pacto metuerent, vt te metunt omnes ciues tui, domum meam reliquendam putarem. Et rursus pro Cælio, O magna vis veritatis: quæ contra hominum ingenia callidita-tem, solertiam, contrâque fictas omnium insidias facile se per sei psam defendat. INFLEXIONE SERMONIS. Quæ figura, apostrophe di-

citur à Græcis. hæc, vt inquit Quintilianus, mire mouet: siue aduersarios inuasimus, Quid enim tuus ille Tubero in acie Pharsalica gladio agebat? Siue ad inuocationem aliquã conuertimur, Vos enim iam ego Albani tumuli atque luci. Siue ad inuidiosam implorationem, O lex Portia, legésque Sempronię.

AVGENDI ALTERIVS. Vt in Tuberonem memorato in exemplo. MINVENDI SVI CAVSA. Vt pro Milone, O me miserũ, O me infelicem: reuocare tu me in patriam Milo potuisti.

ALIA DICI AB ORATORE. Hæc figura Ironia dicitur: vt illud in Catilinam, A quo repudiatus ad sodalem tuum virum optimum Metellum demigrasti. Vnde quoniam Socrates ea plurimũ vsus est, appellatus est εἴρων simulator. QVAE ORATIONEM. Ideo illa à nobis repudiata sunt præcepta. CVM AVT PROPRIVM. Vt, Te nemus Angiriæ: vitrea te fucinus vnda. Et, Hæc nauis onusta præda Siculiensi: Cum & ipsa quoque esset ex præda. Et, multi & graues dolores inuẽti parẽtibꝰ & propĩquis multi. CVM AVT DEFINITIO AD VNVM VERB. REV. Vt, Qui sunt qui fœdera sæpe ruperunt? Carthaginenses. Qui sunt qui bellum crudelissime gesserunt? Carthaginenses. Qui sunt qui Italiam deformauerunt? Carthaginenses. Qui sunt qui sibi ignosci postulant? Carthaginẽses. ASSVMPTA. Per correctionem, hũc ego non immanem, sed ferã duco. CIRCVITVS. Id est, in clausulam verba extendũt: vt quod dicit de Sexto Roscio, Etenim cũ artifex eiusmodi sit, vt solus dignꝰ videatur esse qui in scena spectetur: tũ vir eiusmodi est vt solus dignus videatur, qui eo nõ accedat. Aut CONIVNCT. Fit vnũ verbũ ex duo-

28

bus nouatione vocabuli, de qua dictũ ſuperius eſt.

VT CVM SEMEL DICTVM SIT. Quæ figura, Græce ἐπάνοδος regreſſus dicitur, vt propoſi tis duobus ſecũdũ primo, deinde primum capimus, vt apud Virgilium, Forte ſub arguta conſederat ilice Daphnis, Cõpulerántque greges Corydon & Thyr ſis in vnum, Thyrſis oues, Corydon diſtẽtas lacte ca pellas. ET IDEM QVASI S. V. R. Q. Hæc κλίμαξ græce, latine gradatio nominatur. hæc repetit ea quæ dicta ſunt: & priuſquam ad aliud de ſcẽdat, in prioribus reſiſtit. vt, Africano virtutem in duſtria, virtus gloriã, gloria ęmulos cõparauit. Et Cal ui, Nõ ergo magis pecuniarũ repetũdarum q̃ maie ſtatis: neq; maieſtatis magis, quàm Plãciæ legis: nec Plãciæ legis magis, quàm ambitus: neq; ambit⁹ ma gis, quã omniũ legũ iudicia perierũt. DEINDE INTERCISE atq; permiſte. vt Stupere gaudio. ſimul enim auditur cœpit. Permiſte: vt, tam deeſt a uaro quod habet, quàm quod nõ habet. FACIT ENIM ET DILVCIDAM. Cum ſit actio rhe torũ, omnium conſenſu, in duas diuiſa partes, vocẽ & geſtũ, quorũ altera oculos, altera aures mouet, per quos duos ſenſus omnis ad animũ penetrat affectus: nõ dubiũ quin dilucidam orationẽ, & illuſtrẽ, & pro babilẽ, & ſuauẽ, ſi fuerit decora, effectura ſit. cuiuſ modi autẽ eam eſſe cõueniat, copioſiſſime expoſuit Quintilianus. QVAE EST GEMMA. Talis inquit eſt memoria, qualis gẽma in qua ſculptæ ſunt literæ, quę in cera defingantur: nã & ipſa quoq; me moria ita rerũ figuras cõtinet impreſſas vel etiã ver ba. Eſt autem memoria quidẽ duplex, alia naturalis, alia arte comparata. Naturalis adiuuari ac augeri ar te adhuc poteſt. Arte comparatur aut per imagines:

29 30 31

vt Cicero in rhetoricis ad Herennium tradit. At sollertia & diligentia, quam exponit Quintilianus, melior euadit. Aut tertio, medicamine roboratur. nam quemadmodum medici propemodū omnes & philosophi tradūt, memoriæ omnis imbecillitas aut à cerebro frigido est, aut à frigido & arido, aut à frigido & humido. aut aliquando etiam varias mutat imagines propter calidū in humido, vt in bilioſis solet accidere. his omnibus cauſis inſpectis, medelæ ſingulis ſuæ poſſunt accommodari. QVONIAM IGITVR. Quoniam totus hic oratoriarum partitionū liber in tris diuiſus eſt partes, in vim oratoris, orationis partes, & quæſtiones: Cum dictum de prima ſit, de reliquis nunc dicendum eſt, primóque de orationis partibus. Quarum prima & poſtrema ad motū animi valent: non quin reliquæ quoque idē præſtēt, ſed quòd in his duabus ferè tota vis mouendi explicetur. ideo in Areopago his vti oratores per præconem prohibebātur: ingredienti ſiquidē oratori præco aiebat, μὴ προοιμιάζου, μηδὲ ἐπίλεγε. Nec proœmio, néve epilogo vtare. id autē ideo, quo verum facilius ab omni affectu ſemoti poſſent dijudicare.

SED AMPLIFICATIO. De hac dicemus vbi de concluſione tractabit. VT ILLA DOCENDI. Hoc eſt, vt confirmatio docendi cauſa adhibetur, ita amplificatio cauſa mouendi. SVMVNTVR AVTEM Ita Quintilianus, Cauſa principij nulla alia eſt, quàm vt auditorem, quo ſit nobis in cæteris partibus accommodatior, præparemus. Id fieri tribus maxime reb⁹ inter authores plurimos conſtat, ſi beniuolum, attētum, docilem fecerimus: nō quia iſta non per totā actionem ſint cuſto-

dienda, ſed quia initijs præcipue neceſſaria, per quæ in animũ iudicis, vt procedere vltra poſſimus, admittimur. QVORVM PRIMVS. Quintilianus, Sed perſonarũ, inquit, eſt, vt plærique tradididerũt, triplex ratio, ex litigatore, ex aduerſario, ex iudice. nã exordium duci nonnunquam ab actore cauſæ ſolet. quanquam enim pauciora de ſe ipſo dicit & parcius, plurimum tamen ad omnia momenti eſt in hoc poſitum. AVT MERITIS. Vt ipſe ad Quirites antequam iret in exilium, Si quando inimicorũ impetum propulſare ac propellere cupiſtis, defendite nũc vniuerſi vnũ, qui ne omnes ardore occideretis ardoréque flammę conflagraretis, mei capitis periculo nõ dubitaui prouidere. Nam quem virtutis gloria cum ſumma laude ad cælum extulit, eũdem inimicorum inuidia indigniſſime depreſſum opprimit ad ſupplicium. Et Demoſthenes pro Cteſiphõte, πρῶτον μὲν ὦ ἄνδρες ἀθηναῖοι, τοῖς θεοῖς εὔχομαι πᾶσι καὶ πάσαις ὅσην εὔνοιαν ἔχων ἐγὼ διατελῶ τῇ τε πόλει καὶ πᾶσι μᾶλλον ὑμῖν, τοσαύτην ὑπάρξαι μοι παρ' ὑμῶν εἰς τοῦτον τὸν ἀγῶνα. Primum quidem Athenienſes, Deos Deaſq. omnis oro, atq. obteſtor, vt quo animo ſemper fui in hãc ciuitatem, & veſtrũ quemlibet, eodem me cauſam in hanc agentem audiatis. CONTRARIIS REBVS. Vt ipſe in Vatiniũ, Si tua tantummodo Vatini quid indignitas poſtularet, ſpectare voluiſſem, feciſſem id, quod his vehemẽter placebat, vt te, cuius teſtimonium propter turpitudinẽ vitæ, ſordéſque domeſticas, nullius momenti putaretur, tacitus dimitterem. nemo enim horum ita te refutandum, vt grauem aduerſarium, aut ita rogandũ, vt religioſum teſtem arbitrabatur. Demoſthenes cõtra Midiam τὴν μὲν ἀτέλειαν ὦ ἄνδρες δικασταὶ

καὶ τὴν ὕβριν ἣ πρὸς ἅπαντας ἀεὶ χρῆται μειδίας, οὐδένα ὅντιν' ὑμῶν ὅντι τῶν ἄλλων πολιτῶν ἀγνοεῖν ὁίομαι. Petulantiã Iudices, insolentiámq; qua in omnes vtitur Midias, neminẽ neque vestrũ, neque aliorum ciuium esse arbitror qui ignoret. Ita Isocrates in Lochitã, ὡς μὲν τόινυν ἔτυπτέ με ὁ Λοχίτης ἄρξας χειρῶν ἀδίκων, ἅπαντες ὑμῖν οἱ παρόντες μεμαρτυρήκασι. τὸ δὲ ἁμάρτημα τοῦτο οὐχ ὅμοιον δεῖ νομίζειν τοῖς ἄλλοις. Vt igitur me cædebat Lochites prior lacessens iniuria, omnes vobis qui adsunt, testãtur. Peccatum verò hoc non est alijs simile iudicandum. AVT DEPRECANDO. Deprecor vehementer precor & refuto. Statius, Nec deprecor vmbram accipere. Virg. Equidem merui, nec deprecor inquit. Luca. Non deprecor hosti Seruari, dũ me seruet ceruice recisa. Ouid. in Fastis, Ille metu pauidus, mortẽ non deprecor inquit. Augusti. in psalmo octogesimo nono, Deprecor commune est verbum: dicimus enim deprecor te, & deprecor à te: aut deprecãdo hic intelligendum est recusando, refutandóque.

35 INTELLIGENTER AVTEM. Quia quæ primo dicuntur, illa magis considerari solent: vt de prouincijs cõsularibus ipse, Si quis vestrum P. C. expectat, quas sim prouincias decreturus, consideret ipse secũ, qui mihi homines ex prouincijs potissimũ detrahendi sint: non dubitabit quid me sentire conueniat, cũ quid mihi sentire necesse sit cogitarit. Lysias in epitaphio auxiliantiũ Corinthijs, ἃ μὲν ἡγοῦμην οἷόν τε εἶναι ὦ παρόντες ἐπὶ τῷδε τῷ τάφῳ, λόγῳ δηλῶσαι τὴν τῶν ἐνθάδε κειμένων ἀρ' ἀρῶν ἀρετήν, ἐμεμψάμην ἂν τοῖς ἐπαγγείλασι ἐπ' αὐτοῖς ἐξ ὀλίγων ἡμερῶν λέγειν. Si quidem fieri posse arbitrarer, ô viri præsentes hoc in sepulchro, ora-

tione vt exprimi posset eorum qui iacēt, virtus: equidem illos accusarem, qui mihi ex paucis dieb⁹, vt de his orationem haberē, denuntiarunt. SI COMPLECTARE. Vt ipse pro Publio Sylla, Maxime vellem iudices vt P. Sylla & antea dignitatis suæ ſplē dorem obtinere, & post calamitatem acceptam modestiæ fructum aliquem potuisset percipere. sed quoniam ita tulit casus infestus vt amplissimo in honore, tum cōmuni ambitionis inuidia, tum singulari Antronij odio cuerteretur. & quæ sequūtur. Demosthenes ad Philippi epistolam, ὅτι μὲν ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι φίλιππος οὐκ εἰρήνην πρὸς ὑμᾶς, ἀλλ' ἀνεβάλετο τὸν πόλεμον, πᾶσιν ὑμῖν φανερὸν γέγονεν. ἐπειδὴ γὰρ φαρσαλίοις ἅλον παρέδωκε, καὶ τὰ περὶ φωκέας διῳκήσατο, καὶ τὴν Θρᾴκην κατεσκέψατο πᾶσαν, αἰτίας οὐκ ὀλίγας πλασάμενος, & προφάσεις ἀδίκους ἐξευρών, τῷ μὲν ἔργῳ πάλαι πολεμεῖ πρὸς τὴν πόλιν, τῷ δὲ λόγῳ νῦν ὁμολογεῖ διὰ τῆς ἐπιστολῆς ἣν ἔπεμψεν. Quòd Philippus Athenienses, nō quidem pacem vobiscum fecit, sed bellum distulit, est omnib⁹ manifestum. Postquā enim Pharsalijs Halum tradidit, & res Phocensium suo arbitratu constituit, ac Thraciam omnem cepit: falsas cōmētus causas, ac prætextu minime iusto inuento, re quidem ipsa iam pridem bellum gerit cum Vrbe, verbo autem nunc demum confitetur ex epistola quam ad vos misit. SI DEFINIAS. Hoc est, determines, vt ipse in Catilinam, Rempub. Quirites, vitámque omnium vestrū, bona, fortunas, coniuges, liberósque vestros, atque hoc domicilium clarissimi imperij, fortunatissimam, pulcherrimámque vrbem hodierno die deorum immortalium erga vos summo amore, laboribus, consilijs, periculisque meis

ex flamma, atque ferro, ac penè ex faucibus fati ereptam, & vobis cõseruatam ac restitutam videtis. Demosthenes de Cherronensibus, ἐγὼ μὲν ὦ Ἀθηναῖοι τοὺς λέγοντας ἅπαντας ἐν ὑμῖν, μήτε πρὸς ἔχθραν ποιεῖσθαι λόγον μηδένα, μήτε πρὸς χάριν, ἀλλὰ τὸ βέλτιστον ἕκαστος ἡγεῖτο, τοῦτο ἀποφαίνεσθαι. ἄλλως τε, καὶ περὶ κοινῶν πραγμάτων, καὶ μεγίστων ὑμῶν βουλευομένων. ἐπειδὴ δ' ἔνιοι τὰ μὲν, φιλονεικίας, τὰ δὲ, ἤ τινι δή ποτε αἰτίᾳ προάγονται λέγειν, ὑμᾶς ὦ Ἀθηναῖοι τοὺς πολλοὺς δεῖ πάντα τὰ ἄλλα ἀφέντας, ἃ τῇ πόλει νομίζετε συμφέρειν, ταῦτα καὶ ψηφίζεσθαι, καὶ πράττειν. id est, Cõueniebat Atheniẽses vt omnes qui verba apud vos facerẽt, neq; odio cuiusquam, neq; gratia, oratione vterentur, sed quod optimum quisq; arbitraretur, hoc simpliciter enuntiaret, cum præsertim publicis maximisque de rebus consultetis. Cum verò quidã partim studio contendẽdi, partim alia quacunque causa adducti accedãt ad dicendum: vos multos Atheniẽses, rebus alijs omnib⁹ prętermissis, quæ ipsi interesse Reip. putetis, ea tum suffragijs vestris comprobare, tum facere etiã oportet. SI DIVIDAS. Cicero ipse pro Cluentio Habito, Animaduerti Iudices omnẽ accusatoris orationem in duas diuisam esse partes. quarũ altera mihi niti, & magnopere confidere videbatur inuidia iã inueterata iudicij Iuniani: altera tantummodo consuetudinis causa timidè, & diffidenter attingere rationẽ veneficij criminum, qua de re lege est hæc quæstio cõstituta. Isocrates in oratione quæ ab eo de pace inscripta est. ἅπαντες μὲν ἠώθασιν οἱ παριόντες ἐνθάδε, ταῦτα μέγιστα φάσκειν εἶναι, καὶ μάλιστα σπουδῆς ἄξια τῇ πόλει, περὶ ὧν ἂν αὐτοὶ μέλλωσι συμβουλεύσειν. οὐ μὴν, ἀλλ' ἐγὼ περὶ ἄλλων πρῶν

πραγμάτων ἥκομεν τοιαῦτα προειπεῖν, δοκεῖμοι πρέπειν καὶ περὶ τῶν νῦν παρόντων πραγμάτων ἐντεῦθεν ποιήσασθαι τὴν ἀρχήν. ἥκομεν γὰρ ἐκκλησιάσοντες περὶ τε πολέμου, καὶ εἰρήνης, ἃ μεγίστην ἔχει δύναμιν ἐν τῷ βίῳ τῶν ἀνθρώπων. ideſt, Cõſueuerunt omnes qui huc accedunt ad dicẽdũ, ea maxima dicere eſſe, ac multo ſtudio, & contentione digna vrbi noſtræ, de quibus ſentẽtiam ipſi ſunt dicturi. Enimvero ſi de alijs vllis rebus hæc præfari cõueniat, videtur mihi de ijs rebus, quæ nunc in deliberatione vertuntur, hinc ducendum initium eſſe dicendi. Venimus enim in cõcionem de bello, ac pace cõſulturi. quæ duæ res maximã in vita hominũ vim habẽt. NAM AVT MAGNA. Vt ipſe in Verrem Cicero. Quod erat optandum maxime iudices, & quod vnum ad inuidiã veſtri ordinis infamiámq; iudiciorum ſedandam maxime pertinebat, id nõ humano conſilio, ſed prope diuinitus datum atq; oblatum vobis ſummo reipub. tempore videtur. Inueterauit enim iam opinio pernicioſa reipub. vobiſque periculoſa, quę non modo Romæ, ſed & apud exteras nationes omnium ſermone percrebuit, his iudicijs, quæ nũc ſint, pecunioſum hominem, quãuis ſit nocens, neminem poſſe damnari. & Demoſthe. contra Timo. τοῦ μὲν ἀγῶνος ὦ ἄνδρες δικασταὶ τοῦ παρόντος, οὐδ' ἂν αὐτὸν οἶμαι Τιμοκράτην ἀντιποιεῖν ὅτι ἄπιτός ἐσιν ἄλλος τις αὐτῷ πλὴν αὐτὸς αὑτῷ. χρημάτων γὰρ οὐκ ὀλίγων ἀποστερῆσαι βουλόμενος τὴν πόλιν, παρὰ πάντας τοὺς νόμους νόμον εἰσήνεγκεν οὗτ' ἐπιτήδειον, οὔτε δίκαιον ὦ ἄνδρες δικασταί. ὃς τὰ μὲν ἄλλα ὅσα λυμαντέα, καὶ χεῖρον ἔχειν τὰ κοινὰ ποιήσει, κύριος εἰ γενήσεται, τάχα δὴ καθ' ἕκαστον ἀκούοντες ἐμοῦ μαθήσεσθε, ἐνθ' ὁ μέγιστον ἔχω, καὶ

προχειρότατον, πρὸς ὑμᾶς εἰπεῖν οὐκ ἀποτρέψομαι. τὴν γὰρ ὑμετέραν ψῆφον, ἣν ὁμωμοκότες περὶ πάντων φέρετε, λύει, καὶ ποιεῖ μηδενὸς ἀξίαν ὁ τουτουὶ νόμος. Nō arbitror Iudices ne ipsum quidem Timocratem dicere posse, alium huius iudicij authorem, quàm ipsum sibi, fuisse. Cum enim propositum haberet Vrbem fraudare non modicis pecunijs, contra leges omnes legem ipse promulgauit neque cōmodā Iudices, neque iustam. quæ quàm multis alijs modis corrumpet, ac deteriores faciet res nostras, perlata si erit: fortasse intelligetis, cum singula, quæ dicā, atque audieritis. Vnum autem, quod maximum, maximéque in promptu habeo, dicere interea non grauabor. Sententiam enim vestram, quam iurati omnibus de rebus fertis, antiquat, & nullius authoritatis ac momenti reddit istius lex. SIT AVTEM EXORDIVM. Quintilianus autem, Ad causam, quæ extra pertinet tempus: vnde principium pro Rabirio: vnde pro Deiotaro habitō: vnde pro Milone Dionysium: vnde in Verrē. deinceps ne omnia enumerata iudiciorum, expectatio vulgi. nihil enim extra causa est, ad causam tamen pertinet. ET PERORANDO, Hoc est in ipsa conclusione quod dictum fuerit: quoniā vltimo dictum loco, magis hæret: dabit aliquādo exordij nobis occasionem.

37 QVONIAM NARRATIO. Post exordiū continuo sequitur narratio. FVNDAMENTVM. Quoniam narrantur quæ facta sunt: aut quæ præsentia: ex quibus magna vis argumentorum inde elicitur. ASSVMPTA. quæ non tā necessaria, quàm ornātia sunt. VT DILVCIDE. Quid dilucidum, quid probabile, quid suaue in dicēdo sit,

38 iam memorauimus. PROBABILIS. In the-

toricis veterib⁹, Probabilis, inquit, erit narratio, si in ea videbuntur esse quę solent apparere in veritate, si personarum dignitates seruabuntur, si causæ factorum extabunt, si fuisse facultates faciendi videbuntur, si tempus idoneum, si spatij satis, si locus opportunus ad eandem rem qua de re narrabitur, fuisse ostendetur. si res & ad eorum qui agũt naturam, & ad vulgi rumorem, & ad eorum cui[illegible] opinionem, accommodabitur ac veri[illegible]em [illegible]mili ex his rationibus esse poterit. Quæri[illegible] n[illegible]t sit [illegible] bilis narratio, quis, quid, cur [illegible], quando, quem admodum, quibus adminiculis. natura nostra, opinio Iudicũ, vulgi mos: quæ sunt [illegible]mnia persona, factũ, causa, locus, tempus, modus, facultas, opinio. SI TESTATA. Id est de quibus testimonia habita sint. EVENTI. Euentus, [illegible] in rhetoricis, est exitus alicuius negotij, in quo quæri solet quid ex quaq; re euenerit, eueniet, euenturúmq; sit. quare hoc in genere, vt cõmodius quid euenturũ sit, antè animo colligi possit, quid quaq; ex re soleat euenire considerandũ est, hoc modo, ex arrogãtia odiũ, ex insolentia arrogãtia. OPINIONE. Opinio est cunctorum ad quæ ancipiti feramur sentẽtia, vni vel pluribus propensior existimatio. AVTHORITATE. Authoritas est mentis & corporis quędam dignitas, quæ efficit tũ sua præsentia, tum etiã oratione vt cæteri ei reuerentiam præstent. SI CVM LEGE. Lex, vt Papinianus inquit, est commune præceptũ, prudentiũ cõsultũ, delictorũ quæ & spõte vel ignorãtia cõtrahũtur, coertio, cõmunis reipub. spõsio. CVM MORE. Mos est quod inter homines solitũ est fieri. CVM RELIGIONE. Religio est, quæ diuinæ naturæ cultũ & cerimonias

affert. SI ANTIQVITAS. Ideſt veneratio.
39 SI MEMORIA. Ne vera exciderint, & falſa narret. SVAVIS AVTEM NARRATIO. Vt Cælij in Antonium, Nanque ipſum offenderunt temulento ſopore profligatum, totis ſtertentem præcordijs ructuoſos ſpiritus geminare, præclaráſq; cõtubernales ab omnibus ſpondis tranſuerſas incubare, & reliquas circum iacere paſſim: quæ tamen exanimatæ terrore, hoſtium aduentu percepto, excitare Antonium conabantur, nomẽ inclamabant, fruſtra ceruicibus tollebant: blandius alia ad aurem inuocabat, vehementius etiam nonnulla feriebat. quarum omnium cum voce, tactúque oſcitaret, proximæ cuiuſque collum amplexu petebat, neq; euigilare ebri⁹ poterat: ſed ſemiſomno ſopore inter man⁹ centurionum concubinarúmq; iactabatur. 40 QVAE AD FIDEM. Nam tam etſi narratio ad fidem faciendam pertineat, imprimis tamen confirmatio & cõfutatio.

QVONIAM OMNE. Genus totius artis eſt rhetorices facultas. Rhetoricæ vero ſpecies tres, quæ tria genera cauſarum appellantur, Iudiciale, Demõſtratiuum, Deliberatiuum. Materia, quæcũque quæſtio circa quã verſari oratoris poſſit oratio. Partes huius materię, quæſtio infinita, & definita. Definita, diuiditur in cõſtitutiones, ſiue ſtatus, ſeu controuerſias libeat appellare. Eæ itaque omnes aut in ſcripti alicuius cauſa verſantur: aut ex re ipſa ſibi nomen vendicãt: et perinde quæ in ſcripto, legitimæ: quæ in re, rationales nominantur. In ſcripto, cum vnus ſcriptoris verba defendit, Alter ſententiam: qui ſtatus, ſcriptum & voluntas appellatur. Alter ſi inter ſe leges diſſentiant, & vtraque pars defendatur: ſtatus, leges contrariæ. Tertio, cum ſcriptum de quo contendit,

ſentẽtiam amplectitur ambiguam:ambiguus ſtatus dicitur.Quarto,cum ex eo quod ſcriptum nõ eſt,per collectionem aliquid intelligitur : quod quia per ratiocinationem & per ſyllogiſmi collectionem inueſtigatur,à Græcis ſyllogiſmus,â noſtris ratiocinatio nominatur. Quinto, cum ſcriptũ quidẽ eſt, ſed in quo vis eſt id verbum non clareſcit,finis vel finitiuus in ſcripto nominatur ſtatus. Earum porrò conſtitutionum,quæ rationales appellãtur,ita diſtinguũtur iuxta Ciceronẽ in rhetoricis:qũãquam varia eſt de his inter rhetoras opinio,ſicut de memoratis . In his ergo quæritur an ſit,& quale ſit:& prẽter hoc,an iure, an more poſſit tractari iudicium. quòd ſi quid factũ negatur,cõiecturalis,vel inficialis ſtatus appellatur. ſi factum cõſtet,& quo nomine ſit appellandũ quæratur:finitiuus ſtatus.quòd ſi vtrunque controuerſia careat,ſed quale id ſit quæratur:generalis ſtatus nominatur . In hoc aut quæritur de præterito , aut de præſenti,aut de futuro.ſi de præterito: iuriſdicialis. ſin de præſenti vel futuro:negocialis. Iuriſdicialis igitur cuius inquiſitio præteritũ reſpicit,in duas partes diuiditur.aut enim in ipſo facto vis defenſionis eſt: & abſoluta cõſtitutio nominatur. aut extrinſecus aſſumitur:& aſſumptiua nũcupatur.Hæc porrò diuiditur quadrifariam.aut enim cõceditur crimen, aut remouetur,aut refertur,aut(quod eſt vltimum) cõparatur.Conceditur crimen,cum nulla facti inducitur defenſio:ſed venia poſtulatur. Id fieri duob⁹ modis poteſt:ſi depreceris, aut purges.deprecaris,cum nihil excuſationis attuleris.purgas,cũ facti culpa his aſſcribitur, quibus obſiſti obuiariq̃ non poſſit . ſunt autem imprudẽtia,caſus,neceſſitas,error.Remouetur verò crimen,cũ ab eo qui inceſſitur,trãſfertur in

aliũ.id duob⁹ fit modis, cũ aut cauſa refertur, aut factũ refertur. cauſa, cũ aliena poteſtate aliquãdo factũ eſſe cõtẽditur. factũ verò, cum alius aut potuiſſe, aut debuiſſe facere demonſtratur. Refertur crimẽ, cũ iuſtè in aliquem facinus commiſſum eſſe contenditur, quòd is prouocarit laceſſiuerítque íniuria. Comparatio, cum meliore de cauſa factum dicítur. Nũc quid
41 hic Cicero dicat, intueamur. NVNC CONIECTVRAE. Hoc dicit, Quoniam rationalium conſtitutionum prima eſt coniecturalis, velim mihi explices locos vnde in hac quæſtiõe poſſim argumẽta deducere. IN VERISIMILIB. Id eſt, quoniã factum eſſe negatur, à veriſimilibus & proprijs notis rerum argumentandum. proprijs autem notis ait, id eſt, ſignis vnde videri poſſit aut factum aut non factum eſſe quidpiam. VT FVMVS. Videtur ſiquidem vnde fumus erumpit, ibi ignis eſſe. EX PARTIBVS ET. Quod facit Cicero pro Milone, cum in narratione ipſa nihil apparatus fuiſſe Miloni oſtendit, vt inſidias faceret. At contrà fuiſſe Clodio. NATVRAE. Sínt ne procliues ad id: an minime. QVEMADM. AFFECTI. Hoc eſt, an bene educati, an ſecus. ARTIBVS. Nunquid laſciui, vagi, errabundíque ſint, nulla arte inſtituti: an ſecus. INERTIIS. Hoc eſt, an ſint artium expertes. AN QVEMADM. COMMOTI. vt facilius potuiſſe fieri, aut non potuiſſe oſtẽdatur, ſi affectuoſos, aut minime, eſſe oſtẽdamus. ſi nullo, verbi cauſa, modo ad iram prouocari potuiſſe, vt id fecerint, contẽdamus. IN FORTVNA. Quibus omnib⁹ probari poteſt aliquid facilius fieri potuiſſe. OPES. quibus colimur: quæ non tam vſum, quàm lautum vſum rerũ nobis ſuggerũt, vt canes venatici, & ſimilia. DIVITIAE.

quibus vtimur:vt si abundemus frumento,vino,oleo,cæteríſque huiuſmodi. IN LOCIS AVTEM.Loci ad coniectandum argumenta maxime ſuppetẽt,cum in omni genere, tum in deliberatiuo, vt ſi quæratur an Cæſar Rhenũ trãſgreſſus Sueuos obſtãtib⁹ locorũ iniquitatib⁹ poſſit debellare:an marinos qui ſe in paludes cõdant.& huiuſmodi alia. 42

LEVES.Prima producta accipiẽdũ, hoc eſt minime herbidi vel arboroſi. OPACI.Crebris arboribus ſolares radios arcẽtes. APRICI. Sole gaudentes,vnde,apricis ſtatio mergis:&, apricos memini ſſe ſenes Virgilius Perſiúſq; dixerunt. CELEBRES.à multis habitati. OBSCVRI.Incogniti. PROFANI.Ab omni religione remoti.ex his propoſita materia cuiuis ducere argumenta minime erit difficile. TEMPESTAS.Tẽpus quo aliquid agitur:vt cũ dicimus,hac tẽpeſtate hoc nõ fit.vt,nulli maior fuit edẽdi tẽpeſtate mea,dixit Iuuenalis. 43

FORTVITA.Quæ obueniũt, vt ipſis forte libuerit hominibus colere. ET EVENTVS. Suprà quid per euẽtũ accipere oporteat,expoſuimus.

CASV.Eſt ſiquidẽ propríe caſus aut in ratione carentibus,aut prorſus anima.ſicut fortuna, in ratiõe vtentib⁹ cũ aliqua prẽter propoſitũ eueniũt.Nũc ergo caſũ,fortuitũ euẽtũ accipiẽdũ. IN IMPRVDENTIA.Quoniã prudẽtia,ac ĩprudẽtia arbitraria,ac innoſtra optiõe poſita neutiquã ſunt. PERLVSTRANDAE. Vt quotiẽs quẽſtio aliqua cõiecturalis ĩ quouis genere fuerit oblata,ex his omnib⁹ ſedibus educere poſſimus argumenta. EX FACTI. Quę,ſigna ſuperius dixim⁹ appellari,de quibus ſuperius abũde dictum eſt. QVOD SENSV. Præſertim viſu & auditu : qui omnium acerri- 44

mi sunt. MVLTVM TAMEN. Dixisse autem ideò videri hunc illum occidisse, quòd eum oderat, parum est: at & quòd minitatus erat se occisurum, & quòd inuentus cum gladio cruento, & quòd argutus titubarit, & cætera huiusmodi si addātur: hac coaceruatione fieri videtur iam indubitatū. PRI
45 MVM. Si proferamus alios idem fecisse, & similitudinem ostendamus. FABVLA. quod ex vsu ipso apparet. QVID DIFFINITIONIS? Post cō iecturalem statū sequitur, vt paulò antè ostēdimus, finitiuus. Tractatis ergo coniecturæ locis, sequitur iā vt finitiui quoque status locos pariter exponat.

NON DVBIVM. Quintil. vbi hunc statū tractat, Qui priuatam pecuniam, inquit, de tēplo surripit, sacrilegij reus est. culpa manifesta est. quæstio, an huic crimini nomen quod est in lege, cōueniat. ergo ambigitur an hoc sacrilegium sit. Accusator quia de tēplo sit surrepta pecunia, vtitur hoc nomine. Reꝰ, quia priuatā surripuerat, negat esse sacrilegiū, sed furtum fatetur. Actor ergo ita finiet sacrilegium, Est surripere aliquid de sacro. Reus sic finiet sacrilegiū, Est surripere aliquid sacri. Vterque finitionē alterius impugnat. Ea duobus generibꝰ euertitur si aut falsa est, aut parū plana. Docet ergo Cicero diffinire, Nō dubiū &c. Hoc dicit, diffinitio fit multis modis, sed potissimum genere & differentia: vt homo est animal. genus expressi, rationale. adiecta iam à cæteris separans animātibus differētia: quam Cicero nunc proprium vocat. quid autem interfit inter differentiā & proprium, ab Aristotele in Topicis, & Porphyrio in Quinque vocibus percipi potest. Sed addit, Aut cōmuniū frequentiā. id autem fit, cū proprio aut differentia caremus. vt si dicas, homo est animal bipes, la

tis vnguibus,& protenſis,ſurſum in cælum ſpectãs, cui ab humeris bina demittuntur brachia. & cætera hoc modo. EX QVIBVS.Nã ex omnibus videri poteſt proprium factũ eſſe. DEFINIENDVM.Subaudiendum,addita negatione, vt Horatianum illud,Virtus eſt vitium fugere,ſapientia prima Stultitia caruiſſe.id maxime ſolet fieri de principijs,quoniam genera ſuperiora non habent:vt,punctũ eſt,cuius pars nulla. DISSIMILIBVS. Vt ſi dicas,rhetorica eſt ars liberalis:quę nec grãmatica:nec poetica,& reliquas enumerãdo, aliã ab alijs eſſe ſignifices. PARTIBVS.Vt rhetorica eſt, quæ inuentione, diſpoſitione,elocutione,memoria, pronuntiationéque cõſiſtit. QVAMOBREM 46
Subaudi,quoniam deſunt propria. vt ſi dicas, homo eſt in quo pietas, in quo iuſtitia, in quo æquitas, in quo religio.& rurſus flagitium,ſcelus & cætera,quæ tam vitiorum,quàm virtutum nomen habere inueniuntur. ENVMERATIO.quæcunque res id quod definias, conſequi videantur. IMPRIMIS Q.hoc eſt etymologia.Idem aitQuintilianus, Maximus enim,inquit,vſus in approbando refellẽdôque fine propriorum ac differentium nonnunquã etiam etymologiæ.quæ tamen omnia, ſicut in cæteris,confirmat æquitas,nonnunquam etiam cõiectura mentis.Etymologia maxime rara eſt. Quid enim eſt aliud tumultus,niſi perturbatio tanta, vt maior timor oriatur? vnde etiam nomen ductum eſt tumultus.Et Cicero,qui,ſicut pro Cælio,per cõſequentia diffinit accuſare hoc modo,Accuſatio crimen deſyderat,rem vt definiat,hominem vt notet,argumẽto probet,teſte confirmet: Ita pro Balbo, aduerſarij etymologiam verbi carpit inquiens,Erat accuſatoris

interpretatio indigna reſponſione, qui ita dicebat, comiter eſſe communiter: quaſi vero priſcum aliquod, aut inſolitum verbum interpretaretur. Comes, benigni, faciles, ſuaues homines eſſe dicuntur, qui erranti comiter monſtrant viã benigne, non grauate. comiter quidem certe, non communiter conuenit. IN HOC GENERE. ſubaudi, qualitatis. nam poſtea quàm an ſit & quid ſit nouit, quærit tertio loco quale ſit, hoc eſt ſtatum qualitatis: qui tertius rationalis eſt ſtatus. AVT IV. FA. Vt Oreſtes, qui ideo ſe matrem defendit occidiſſe, quia illa patrem ſuum occiderat. NECESSITATE. Hæc in diuiſione qualitatis ſtatus ſuperius expoſuimus. IN LEGITIMIS. Quia legum præſcripta iudices ſequi oportet. IN LIBERIS. Vt ſunt apud principes, qui ſtatuunt libere vt volunt animaduertendo
48 ignoſcendóve. EX LOCORVM. Quos ipſa proferet nobis cauſa. AVT TOTVM EST. Poſteaquam de confirmatiõe dicit, ſequitur locus reprehẽſionis. de quo Quintilianus, Patronus, inquit, neget, defendat, trãſferat, excuſet, deprecetur, molliat, minuat, auertat, deſpiciat, derideat. Quare indirecta ferè, atq; vt ſic dixerim, clamoſa eſt actio. Hinc mille flexus, & artes deſyderãtur. Tũ accuſator meditata plæraq; domo affert, patronus etiam inopinatis frequenter occurrit, accuſator dat teſtẽ: patronus ex re ipſa refellit, &c. ideôque accuſatiõibus etiã mediocres in dicendo ſuffecerũt. bonus defenſor nemo niſi qui eloquẽtiſſimus fuit. Nam vt quod ſentio, ſemel finiã, tanto eſt accuſare, quàm defendere: quanto facere, quàm ſanare vulnera, facilius &c. Primum igitur intuendũ eſt id cui reſpõſuri ſumus, proprium ſit eius iudicij, an ad cauſam extra accerſitũ. nã ſi eſt propriũ, aut negandũ, aut defendendũ, aut trãſferẽ.

dum. extra hæc in iudicijs ferè nihil eſt. Deprecatio quidē, quę eſt ſine vlla ſpecie defenſionis, rara admodum, & apud eos ſolos iudices qui nulla certa pronūtiandi forma tenētur: quanquam illæ quoque apud C. Cæſarē, & triūuiros pro diuerſarū partiū hominibus actiōes, etiā ſi precibus vtūtur, adhibēt tamē patrocinia: niſi hoc nō fortiſſime defendētis eſt, dicere, Quid aliud egimus Tubero, niſi vt quod hic poteſt nos poſſem⁹? Quòd ſi quādo apud prīcipē aliūmve, cui vtrū velit liceat, dicēdū erit, Morte quidē dignū eū pro quo loquemur, clemētia tamē ſeruādum eſſe. Hic nō cū aduerſario, ſed cū iudice res erit. inde deliberatiuæ potius, quàm iudicialis materiæ forma eſt.

INPERSPICVE. Dicem⁹ nāque talia eſſe accuſantis argumenta, vt in manifeſto falſis eadē dici poſſint. NON EFFICI. hoc eſt, nō ſequi ex eis quæ arguerit. ACCEDERE. Singulas, inquit, partes reprehēdemus, quo vniuerſam argumētationem īprobem⁹. COMMEMORANDA. Alia in mediū proferem⁹ exēpla, in quibus licet tales adhibitæ ſint argumētatiōes, tamē eſt creditū. CONQVERENDA. Hoc dicit, Exclamabim⁹, & ingemēdo, quàm ſit cōditio humana periculis obnoxia, oſtēdemus, ſi acumine dicētis alicuius, innocentes pericula ſubire cogantur, & infamias, & damna. QVAE SVMPTA. Quos in cōfirmatiōe & reprehēſione 49
attigimus hypotheſeos, id eſt, cauſę ſiue cōtrouerſię. nā loci theſeos, id eſt īfinitæ quæſtiōis antè expoſiti: & quēadmodū ex ſingulis argumēta educantur, abū de oſtēſum eſt. EXPLICATIO. Quid ſit argumētū, ſuprà abunde oſtēſum eſt. Argumētatio igitur eſt argumenti extēſio. Argumentationū autem duo ſūt genera, vnū ſyllogiſmū gręce, latine ratiocinatio: alterū īductio à Latinis, à Gręcis epagoge nomīatur.

nam epicherema parum admodum à syllogismo differt. nã, vt Quintilianus inquit, differt à syllogismis nullo, nisi quòd illi & plures habent species, & vera colligũt ex veris, quemadmodum in mathematicis. Epicherematis frequentior est vsus circa credibilia. Quare ferè semper epicheremate orator, raro syllogismis vtetur. Vtitur & enthymemate, quod à syllogismo nascitur, propositione vna modò detracta.

EX QVIBVS ID. Quoniam si certũ est quod argumentatione accusatoris collectum est, vt responderi non possit, stultum est contradicere. ARGVMENTANDI. Id est duobus temporibus vtimur argumentatione, & cum probare aliquid ex aliquo volumus, & cum mouere acrius volumus auditorem. DIRIGITVR. Sanè Cicero ipse in primo rhetoricorum veterum copiosissime argumentationum tractationẽ nobis exposuit, illincque petere satius est, quàm à nobis perdiscere, quæ in hac re dicenda sint. Paucis tamen tum ipsius, tum Quintiliani sententia, quid obseruandum, dicemus. Quare argumentatio, quæ ratiocinatio est appellata, tres habet, Aristotelis & cõsensu fermè aliorum omniũ, partes. nam ita habet ista natura vt sit de quo quæratur, & per quod probetur, tertium additur velut ex consensu duorum antecedentium. prima ergo erit pars intentio, secunda assumptio, tertia connexio. vt si quæratur an virtus sit vtilis: ita texatur argumentatio, Omnis habitus bene institutæ mentis, est vtilis, virtus est habitus bene institutæ mentis. ergo virtus est vtilis. Sunt qui quinque faciant partes, vt Cicero in Rhetoricis ostendit, vt sit propositio, deinde ratio eius, tũ assumptio, & eius probatio, quinta cõplexio. sed neutrã proba-

tionum à suis separare oportet propositionib⁹, præsertim cum sint aliquãdo tam notæ propositio & assumptio, vt probatione non egeant. Sunt, inquit Cicero, qui putant nonnunquam posse & oportere cõplexione supersederi, cum id perspicuũ sit quod conficiatur ex ratiocinatione, hoc modo, Si peperit, virgo non est. peperit autem. hic satis esse proponere & assumere quod conficiatur, quoniam perspicuum sit complexionis rem non indigere. At Cicero existimat omnino inferendam complexionem, hoc modo, Cõcubuit igitur cum viro. hoc si nolis inferre, inferas quod sequitur, Fecit igitur incestum. Poterimus etiam breuius colligere, vt dicamus, Quoniam peperit, cum viro concubuit. vel per interrogationem, Cũ peperit, quis dubitat adulterium commissse? Quòd si ad motum tendemus, pluribus verbis rem ipsam amplificabimus. Comere ergo & expolire conuenit orationem multa aggerando, non statim concludendo. Subiungit porrò Cicero, Variare autem orationẽ magnopere oportebit. nam omnibus in rebus simili tudo est satietatis mater. id fieri poterit si non similiter semper ingrediamur in argumentationem. nam primum omniũ generibus ipsis distinguere cõuenit hoc, tũ inductione, tũ ratiocinatione. deinde in ipsa argumentatione nõ semper à propositione incipere: neque semper quinque partib⁹ abuti: neque eadem ratione partitionis expolire: sed tum ab assumptione incipere licet, tum à probatione alterutra: tum hoc, tum illo genere complexionis vti. Illud quoque volumus intelligi nos probe tenere, alijs quoque rationibus tractari argumentationes in philosophia multis & obscuris, de quibus certum est artificium constitutum. Verùm illa nobis abhorrere ab vsu oratorio vi-

sa sunt. ILLA AVTEM ALTERA. quæ percellere audientium animos cupit. QVASI RETRO. Quæ non directe proponit, assumit, & cõcludit: sed quę vult concludere, sibi primo assumit, Deinde confirmat. DEINDE ID. Quod in prima parte collocandũ. PERMOTIS ANIMIS, Iã incalentibus ob ea quæ dicta sint. IACIT. Et iacit, inquit, hoc est, vi aliqua exaggerationis & ardore verborum profert. INTERROGAMVS. Quintilianus, Quid enim tam cõmune, quàm interrogare vel percontari? nam vtroque vtimur indifferenter, cum alterum noscendi, alterũ arguendi gratia videatur adhiberi. Interrogamus igitur cũ nosse volumus: Percunctamur, cõtendẽdi, & instandi, vrgendique causa, vt Cicero ipse pro Ligario, Apud quem igitur hæc dico? nempe apud eum, qui cum hoc sciret, tamen me, antequam vidit, reipub. reddidit. Aliter pro Cælio, ficta interrogatione, Dicet aliquis, Hæc igitur est tua disciplina? sic tu instituis adolescẽtes? & totus ille loc⁹. Cui diuersum est cum alium rogaueris non expectare responsum, & statim subijcere, Domus tibi deerat? at habes. Pecunia superabat? at eges. Aliquando conuiciantes, & tamen interrogantes, quasi scire cupientes, vt in Pisonem, Scire cupio quid tandem isto in versu reprehendas, Cedant arma togæ. tuæ dicis, inquit, togæ summũ imperatorẽ esse cessurũ. quid nunc te asine literas doceam? non opus est verbis: sed fustibus. non dixi hanc togam qua sum amictus, nec arma, scutũ, & gladium vnius Imperatoris: sed quòd pacis est insigne, & otij toga: contrà autem, arma tumultus, atque belli more poetarum locutus, hoc intelligi volui: bellum ac tumultum paci atque otio concessurum.

IMPERAMVS. Vt pro Cluentio, Vestram, Iudices, æquitatem & mansuetudinē vna mater oppugnat, at quæ mater? quam cæca crudelitate & scelere ferri videtis, cuius cupiditatem nulla vnquam turpitudo retardauit, quæ vitijs animi in deterrimas partes iura hominum conuertit omnia: cuius ea stultitia est, vt eā nemo hominem: ea vis, vt nemo fœminam: ea crudelitas, vt nemo matrem appellare possit &c. eo iam denique adducta est, vt sibi præter formam, nihil ad similitudinē hominis reseruarit. Quare, Iudices, si scelus odistis, prohibete aditum matris à filij sanguine. AVT OPTAMVS. Quod frequentissime quottidie solet fieri, cum dicimus, ô vtinam nunc eluceſcat verum. tacitéque id ita esse volumus significare. QVAE SVNT. quoniam infinitis propemodum inflexionibus vti ad reprehendendum possumus dicendi ornamentis, quæ nos figuræ locutionis docēt. VITARE AVTEM. Docuit argumētari nos posse varijs modis: docet rursus vitare nos posse similitudinē, vel si nō ex ordine, vt res postulat, orsi fuerimus & si non omnia confirmare contendamus: & si quæ erunt aperta, paucis comprehendamus. QVODQ. EX IIS. Idest, significatur tota argumentatione. NECESSE ne fallatur animus audientis, si forte minus, quæ inferre oporteat, cognouerit. QVAE SINE ARTE. Idest loci, quos artis expertes diximus, superiúsque tractauimus: vbi cæteros quoque theseos locos excussimus. ARGVMENTA RERVM. Ad res explicandas. PROPRIA. Testes enim vt ex sua pronuntiant voluntate, ita res esse videri faciunt: & contra testes memorat locos quibus non credi oportere dicit, 51

quoniam hæc pars reprehenſionis eſt. QVAE-
52 STIONIBVS. Vbi torti homines & excruciati, contra nos reſpõderint. QVAM VERE proferendo, diutius torquetentur. Inficiari eſt in factum ire, hoc eſt negare ſe quicquam deliquiſſe in quo arguatur. SVAM VITAM. Et perinde mori maluerunt vt alios liberarent, quos amarunt. inde nobis naſcentur argumenta, quæ ad nos faciant. NATVRA vt Cappadoces. ATQVE HAEC. Do-
53 cẽdo aliquos qui id fecerit. EXTREMA. Quoniam de partibus fidem facientibus dictum, de vltima parte, hoc eſt peroratione dicendum, in qua imprimis motus exciri cõſueuerunt. NAM EST. Amplificationem & enumerationem. Quintilianus, Peroratio ſequebatur, quam cumulum quidam, concluſionem alij vocãt. Eius duplex ratio eſt poſita, aut in rebus, aut in effectibus. Rerum repetitio & congregatio, quæ græce dicitur ἀνακεφαλαίωσις, à quibuſdam Latinorum enumeratio, & memoriam iudicis reficit, & totam ſimul cauſam ponit ante oculos, & etiam ſi per ſingula minus mouerat, turba valet. In hac quæ repetem⁹, quãm breuiſſime dicẽda ſunt, & quod græco verbo patet, decurrendum per capita. Nam ſi morabimur, non iam enumeratio, ſed altera quaſi fiet oratio. Quæ autẽ annumeranda vidẽtur, cum pondere aliquo dicenda ſunt, & aptis excitanda ſententijs, & figuris vtique variãda. AVGENDI AVTEM. Prima ſanè ſpecies augẽdi, in nomine ipſo eſt, tum cum qui ſit cæſus, occiſum: qui ſit improbus, latronẽ dicas. Quatuor tamen maxime generibus conſtat, Incremento, vt, Facinus eſt vincere ciuem Romanũ, ſcelus verberare, propè parricidium necare, quid dicam in crucem tollere? Com-

paratione, vt, P. Scipio pōtifex maximus Gracchum mediocriter labefactantem ſtatum reipub. priuatus interfecit: Catilinam orbem terræ cæde atque incendio vaſtare cupientem, nos conſules perferemus? Ratiocinatione: vt, Tu iſtis faucibus, iſtis lateribus, iſta gladiatoria totius corporis firmitate. nam reſpiciētes ad hæc, poſſumus æſtimare quātum ille vini in Hippiæ nuptijs exhauſerit, quod ferre & concoquere nō poſſet illa corporis gladiatoria firmitate. Congerie, vt, Quid enim tuus ille Tubero diſtrictus in acie Pharſalica gladius agebat? cuius latus mucro ille petebat? quis ſenſus erat armorū tuorum? quętua mēs? oculi? man⁹? ardor animi? Quid cupiebas? Quid optabas? Eſt etiam comparatio, cum congerie miſta, vt pro Cluentio, Quis P. Octauio Balbo ingenio prudētior? iure peritior? fide, religione, officio, diligentior, aut ſanctior commemorari poteſt? nō abſoluit. Quis Q. Conſidio conſtantior? quis iudiciorum, atque ei⁹ dignitatis, quæ in iudicijs publicis verſari debet, peritior? quis virtute, conſilio, authoritate præſtantior? ne is quidem abſoluit. Longum eſt de ſingulorū virtute ita dicere. quæ quia cognita ſunt ab omnibus, verborum ornamenta non quęrunt. Et pro Quintio, Qui mœror dignus inueniri in calamitate tanta poteſt? Miſerum eſt exturbari fortunis omnibus: miſerius eſt, iniuria. acerbū eſt ab aliquo circumueniri: acerbius, à propinquo. Calamitoſum eſt bonis euerti: calamitoſius, cum dedecore. funeſtum eſt à forti atque honeſto viro iugulari: funeſtius, ab eo cuius vox in præconio quæſtum præſtitit. indignum eſt à pari vinci, aut ſuperiore: indignius, ab inferiore atque humiliore. luctuoſum eſt tradi alteri cum bonis: luctuoſius, inimico. Horribile eſt cauſam capitis dicere: hor-

ribilius priore loco dicere. Omnia circunſpexit Quintius, omnia periclitatus eſt. IVNCTA. Quæ per compoſitionem nouata: de quibus ſuperius dictum vbi de vi oratoris præcepta expoſuimus.

FACTA. Quæ ex ſeſe inuenta: de quib⁹ item dictum. COGNOMINATA. Vt ſi dicas per antonomaſiam euerſorem Carthaginis, & Scipionẽ des intelligi. IN CONTINENTIBVS. Quæ per diſſolutum figuram proferuntur: de quib⁹ iam dictum. ETIAM RELATA. Quintilianus de Ciceronis verbis locut⁹, Relationem, inquit, quid accipi velit, non liquet mihi. nam ſi apalagen, aut epanodon, aut metabolen dicit: de omnibus locuti ſum⁹. GRADATIM. Gradationem figuram dicit, de qua diximus. NATVRALIS. Quæ ex naturali ſenſu animi proferri videatur, non in ornamẽta ambitioſa diffuſa. QVID QVENQVE DECEAT. Vt ſeruemus τὸ πρέπον decorum. quod perquã difficile eſt. DEFINITIONES. Sanè definitionem Plato ita diffinit, ὁρισμός ἐσι λόγος σύντομος, δηλωτικὸς τῆς φύσεως τοῦ ὑποκειμένου πράγματος, ideſt definitio, oratio breuis eſt, quæ ſubiectæ rei naturam exprimit. Ariſtoteles autẽ in Topicis hoc modo, ὁρισμός ἐσι λόγος ὁ τὸ τί ἦν ἐκφαίνων, ideſt (vt verbũ verbo reddam⁹) definitio, eſt oratio quid erat eſſe ſignificãs. vbi erat pro eſt ponitur, vt ſæpe etiã Porphiti⁹ & alij ponũt. Nõ differt igitur à Platonica ſentẽtia Ariſtotelica quoq; definitio. Hoc ergo dicit, Multæ definitiones ad amplificãdũ in cõcluſione copulabũtur, hoc eſt expreſſiones rerum: de quib⁹ iã dictũ ſuprà, vbi de finitiua quęſtione locos tradidim⁹ ad argumẽta etuẽda. ET SIMILITVDINES. Nã à ſimilib⁹ exẽpla ducũtur. FICTAE DENIQVE. Quintilian⁹, Illa

54

adhuc audaciora & maiorũ (vt Cicero existimat) laterũ, fictiones personarũ, quæ προσωποποιίαι dicũtur. Mirè nanq; tũ variant orationẽ, tum excitãt. His etiã aduersariorũ cogitationes velut secũ loquentiũ, protrahimus: quæ tamen ita demum à fide non abhorrent, si eas locutos finxerimus quæ cogitasse eos non sit absurdũ. Et nostros cũ alijs sermones, & aliorum inter se credibiliter introducimus, & suadẽdo, obiurgando, querendo, laudando, miserando, personas idoneas damus. & quæ sequuntur nam pluribꝰ hanc figuram prosequitur, quàm hic scribendũ existimarim. MVTA. Nã (vt Quintilianus inquit) vrbes etiam & populi vocem accipiunt: quemadmodum Cicero ipse in Catilinam inquit, Etenim si mecũ patria mea, quæ mihi vita mea multo est charior, si cuncta Italia, si omnis respub. sic loquatur, M.T. quid agis? & quę sequũtur. NATVRA. Quint. in Prosopopœia, quin deducere deos in hoc genere dicendi, & inferos excitare concessum est. & quæcũque inquit inducẽtur quæ modo prodesse aut obesse hominibꝰ possint, ad mouẽdos audientiũ affectus.

ET IN EOS À QVIBVS EA VIOLATA. Vt Cicero in Catilinã inuectꝰ facit. CITO ENIM ARESCIT. Ita ĩ rhetoricis, Cõmotis autẽ, inquit, animis diutiꝰ in cõquestiõe morari nõ oportebit. quẽadmodũ enim dixit rhetor Apollonius, lachryma nihil citiꝰ aresçit, idq; est ibi vltimũ de cõclusiõe præceptũ. NIMIS ENVCLEANDVM Ne illud arguẽdi acumẽ ipsi officiat amplificationi: quod ipse ostẽdit, Minuta est omnis diligẽtia, hoc est si humilis & deiecta. AD DELECTATIONEM. Hoc est in demonstratiuo genere. IN COHORT. Idest, ĩ deliberatiuo. IN IVDICIIS. Iudiciali genere. ACCVS. MISERICORD.

vt in pupillo compillato. ET DEFENSOR IRACVND. A falso & à pessimis accusatũ se hominibus dicat. ET REO RARIVS. Raro contingit vt reus enumeratione vtatur, quoniã contraria ab accusatore sibi referenda sunt. QVORVM. subaudi, enumeratorum, breuis ponatur dissolutio. SED ACVLEI PVGNENT, hoc est acumen inuentionis & responsionis. vt quemadmodum animalium aculei in cutem figuntur: ita vis argumentorum animos audientium percellat: ac sicut accusator ipsum reum multitudine, ita reus accusatorẽ acumine vrgeat & obtundat. Denique Cicero in rhetoricis conclusionem in tres diuidit partes, enumerationem, indignationem, conquestionem. & indignationem quidem, quindecim: cõquestionem verò, sexdecim locis tractandam esse docet. Verũ enim vero quoniam exemplis plerũque magis, quàm præceptis cõmonemur, atque erudimur, existimo vtriusque eminentissimi oratoris, græci alterius, & alterius latini exemplis ostendere, & quomodo enumerãdũ, & quomodo amplificandũ in peroratione esse videatur. Amplificationis itaque vnicum, cum multa sint, exemplũ satis erit pro Cælio Ciceronis, Quare obtestor, oróq; vos Iudices, vt qua in ciuitate paucis diebus his Sextus Clodius absolutus sit: quem per biennium, aut ministrum seditionis, aut ducem vidistis: qui ędes sacras, qui cẽsum P. Ro. qui memoriam publicam, suis manibus incendit: hominem sine re, sine fide, sine spe, sine sede, sine fortunis, ore, lingua, manu, vita omni inquinatum: qui Catuli monumentũ afflixit, meam domum diruit, mei fratris incẽdit: qui in palatio atque in vrbis oculis seruitia ad cædem & inflammandã vrbem incitauit: in ea ciuitate ne pa-

tiamſni illum abſolutum muliebri gratia, M. Cęlium libidini mulieris condonatum: ne eadem mulier cũ ſuo cõiuge, & fratre, turpiſſimum latronẽ eripuiſſe, & honeſtiſſimum adoleſcentem oppreſſiſſe videatur. Demoſthenes vero de Haloneſo, καὶ ταύτην τὴν ἐπιστολὴν τινὲς εὖ ἔφασαν γεγράφθαι. δὶ πολὺ ἄμεινον καὶ ὁτιοῦν ὑφ' ὑμῶν, ἢ φίλιππος μισοῦντο. ἐκεῖνος μὲν γὰρ ἑαυτῷ κτώμενος καὶ δόξαν, καὶ μεγάλα ἀγαθὰ, πάντα καθ' ὑμῶν πράττει. ὅσοι δὲ Ἀθηναῖοι ὄντες, μὴ τῇ πατρίδι, ἀλλὰ φιλίππῳ εὐνοίαν ἐνδείκνυνται, προσήκει αὐτοὺς ὑφ' ὑμῶν κακοὺς κακῶς ἀπολωλέναι, εἴ περ ὑμᾶς γε ἐγκέφαλον ἐν τοῖς κροτάφοις, ἀλλὰ μὴ ἐν ταῖς φρεσὶν κατασεσωρευκέναι φορεῖτε. Atque epiſtolam hanc quidam recte eſſe ſcriptam dicebant: qui multo iuſtius odio veſtro digni ſunt, quàm Philippus. Ille enim ſibi gloriam, & magna commoda comparans, omnia contra vos agit. qui verò Athenienſes cum ſint, beneuolentiam non patrię, ſed Philippo oſtentant, par eſt, vt iſ à vobis mali male perdantur. ſi modo cerebrũ vos in temporibus, non etiam in talis inculcatum & iniectum geſtatis. Enumeratiõis autem pulcherrimum eſt Ciceronis ſeptimę actionis in Verrem, cum inquit, Nunc te ò Iuppiter Optime Maxime cuius iſte donum regale, dignum tuo pulcherrimo tẽplo, dignum Capitolio, atque iſta arce omnium nationũ, dignũ regio munere tibi factum ab regibus, tibi dicatum, atque promiſſum, per nefarium ſcelus de regijs manibus extorſit: cuiuſque ſanctiſſimũ, & pulcherrimum ſimulachrum Syracuſis ſuſtulit: téq; Iuno regina, cuius duo fana duabus ī inſulis poſita. & totus ille locus, quem vtpote paulo longiorẽ annotare ſuperſedimus, præſertim cũ eo mõſtrato, qui-

libet sibi eũ possit vẽdicare. Demosth. verò cõtra Aristocratẽ, ὁ πρῶτος νόμος ἄντικρυς ἔρρηκεν, ἂν τις ἀποκτείνῃ τινὰ, τὴν βουλὴν δικάζειν. ὁ δὲ, ἂν τις ἀποκτείνῃ, εὐθὺς γέγραφεν ἀγώγιμον εἶναι. τοῦτο φυλάττετε, καὶ μέμνησθε, ὅτι πάντων ἐναντιώτατόν ἐστι τῷ κρίνειν ὃ μὴ δίδοντα κρίσιν ἔκδοτον ποιεῖ. οὐκ ἐᾷ μεταταῦτα ὁ δεύτερος νόμος οὐδὲ τὸν ἐπ' ἀνδροφόνον λυμαίνεσθαι, οὐδὲ χρήματα [illegible] ὁ δὲ, ᾧ ποιεῖν ἀγώγιμον, πάντα [illegible] ἐᾷ γὰρ τοῖς λαβοῦσι ἔσαι [illegible] ἂν ἁλῶνται. ἀπάγειν ὁ νόμος ὡς τοὺς θ[illegible]ετας κελεύει. καὶ ἢν μὲν ἐν τῇ πε[illegible] τις κατείδῃ. ὁ δ' ἀγώγιμον αὐ[illegible] τὴν αἰτίαν ἐπενεγκόντι δίδοσιν ὡς ἀν[illegible] καὶ τῆς ἀλλοτρίας [illegible] λάβῃ. ἔστιν ἐφ' οἷς ἀδικήμασι δέδωκεν ἀποκτεῖναι ὁ νόμος. ὁ δ' οὐδὲν ὑπεύθυνον, κἂν ἐπί τούτοις τις κτείνῃ, δίδωσιν ἔκδοτον τὸν ἀθῷον [illegible] ἐν τοῖς νόμοις. ἂν τις πάθῃ τι [illegible] ὁ νόμος κελεύει ἀπαιτεῖν πρῶτον. [illegible] ἐναντίον οὐδεμίαν κρίσιν οὔτε αὐτὸς [illegible] οὔτε παρ' ὧν ἀξιοῖ λαβεῖν αἰτήσας, ἀγώγι[illegible] ἂν τις ἀφαιρῆται, παραχρῆμα ἔκ[illegible] ποιεῖ. τὸ ἀνδροληψιον, πρὸ οἷς ἂν ὁ δράσας [illegible] δίδωσι δίκας, κελεύουσιν οἱ νόμοι μέχρι τριῶν εἶναι. ὁ δὲ, ἂν ἀφέληταί τις τὸν ἄγοντα, μὴ βουλόμενος πρὸς δίκης ἐκλῦναι, εὐθὺς ἔκσπονδον ποιεῖ. οὐκ ἐᾷ νόμον ἂν μὴ τὸν αὐτὸν ἐπὶ πᾶσι τιθῇ τις, εἰσφέρειν. δὲ ἐπ' ἀνδρὶ γράφει ψήφισμα ἴδιον. οὐκ ἐᾷ ψήφισμα ὁ νόμος κυριώτερον εἶναι νόμου. δὲ ὑπαρχόντων τοσούτων νόμων, ψήφισμα ποιεῖ κύριον, τοὺς νόμους ἀναιρῶν. ταῦτα φυλάττετε, καὶ μεμνημένοι κάθησθε. Prima lex aperte dixit, Si quis quẽpiam interfecerit, Senatꝰ cognoscito. hic autẽ si quis interfecerit, statim addidit ab-

duci ad ſupplicium licere. Hoc ſeruate, ac memoriæ mandate, omniũ maxime contrariũ eſſe iudicio, nullo dato iudicio ad ſuppliciũ dedere. deinde non ſinit ſecunda lex ne cõdemnatum quidem homicidã violari, ac pecunias ab eo exigi. His verò dum permittit abduci, omnia iſta conceſſit. Erit enim in poteſtate illorum qui abduxerint, omnia ſuo arbitratu facere. Abduci præterea lex ad Theſmothetas iubet, atque ita demũ, ſi in necati patria ſit à quopiã deprehẽſus. hic autem illi ipſi qui crimen intenderũt, permittit priuatam ſuam in domum abducere, vel ſi alicubi in aliena patria ſit comprehenſus. Sunt delicta quæ lex conceſſit interficere. hic autem, ſine vlla exceptiõe ſi ob hęc delicta quis eum fecerit, abduci permiſit cum, quem leges noxæ exemerunt. Si cui tale quippiam contigiſſet, ab eo primũ rationem iudicio exigi lex imperat. hic autem nullã [illegible] neque ipſe prõmittens, neque à quibus accipi poſſet, requirere, requirens, abducendũ dedit. Ac ſi quis exemerit, confeſtim fœderum exortem eſſe iubet. Pignerationes in eos, apud quos homicida fuerit, ſi cauſam non dicant, ad tres vſque, leges ſtatuunt. hic verò, ſi quis abducẽti exemerit, quia nollet cauſa indicta dedere, hũc ſtatim fœderum exortẽ facit. Non patitur lex legẽ, niſi propter omnes feratur, promulgari. Hic autem vnius hominis cauſa, priuatum decretum ſcribit. Non ſuſtinet lex, decreti maiorem vim atque authoritatem eſſe, quàm legis. Hic autem cũ tot ſint leges, decretum ratũ facit, leges interea abrogãs. Hęc ſeruate, ac memorię mãdãtes in cõſiliũ ite.

DVOSVNT. Duabus expoſitis libri partib⁹, & perinde generib⁹, quod ĩ vi oratoris eſt, & quod in orationis partibus: tertiũ reſtat genus quod in qua- 57

ſtione poſitum eſt. Repetit ergo quod à principio dictum eſt, duo eſſe quæſtionum genera, Infinitũ vnũ, finitum alterum. Itaque infinitum, quod propoſitũ vocat, in duo rurſus diuidit genera, ſicut & in duobus præterea alijs tradit locis in libro de Oratore, ac in Topicis. & quoniam plurimum, tametſi idem dicat in libro de Oratore, differre videatur, non alienũ putamus eius hic verba referre. ait itaq;, Omnis igitur res eãdẽ habet naturam ambigendi de qua quæri & diſceptari poteſt, ſiue in infinitis conſultationibus diſceptatur, ſiue in his cauſis, quæ in ciuitate, & in forẽſi diſceptatione verſantur: neque eſt vlla, quæ nõ aut ad cognoſcẽdi, aut ad agendi vim rationémque referatur. nã aut ipſa cognitio rei ſciẽtiáque perquiritur, vt Virtus ſuámne propter dignitatem, an propter fructus aliquos expetatur. aut agendi conſilium exquiritur, vt, Sítne ſapienti capeſſenda reſp. Cognitionis autem tres modi, coniectura, definitio, & vt ita dícam, conſecutio. nam quid in re ſit, coniectura quæritur, vt illud, Sítne in humano genere ſapiẽtia. Quam autem vim quæque res habeat, definitio explicat, vt ſi quæratur, quid ſit ſapientia. Conſecutio autem tractatur, cum quid quanque rem ſequatur, inquiritur, vt illud, Sítne aliquando mentiri boni viri. Redeunt rurſus ad coniecturam, eámque in quatuor genera diſpartiũt. nam aut quid ſit, quæritur, hoc modo, naturáne ſit ius inter homines, an opinionibus? aut quæ ſit origo cuiuſque rei, vt quod ſit initium legum, aut rerumpub? aut cauſa & ratio, vt ſi quæratur, cur doctiſſimi homines de maximis rebus diſſentiant? aut de immutatione, vt ſi diſputetur, num interire virtus in homine, aut num in vitiũ poſſit cõuerti? Definitionis autem ſunt diſceptatio-

nes, vt cum quæritur, quid in communi mente quasi impressum sit: vt si differatur, idne sit ius quod maxime parti sit vtile? aut cum quid cuiusque sit proprium exquiritur, vt, ornate dicere propriúmne sit oratoris? an id etiam aliquis præterea possit? aut cum res distribuitur in partes, vt si quæratur, quot sint genera rerum expetẽdarum: aut, sintne tria, corporis, animi, externarúmque rerum? aut cum quæ forma, & quasi naturalis nota cuiusque sit, describitur, vt si quæratur auari species, seditiosi, glorioſi. Cõsecutionis autem duo prima quæstionum genera ponũtur. nã aut simplex est disceptatio, vt si differatur, expetendáne sit gloria? aut ex comparatione, laus, an diuitiæ magis expetendæ sint? Simplicium autem tres sunt modi: de expetendis fugiẽdisve rebus, vt, expetendine honores sint? num fugienda paupertas? de æquo, aut iniquo, æquúmne sit vlcisci iniurias etiam propinquorum? de honesto, aut turpi, vt hoc, sitne honestum gloriæ causa mortem obire? Comparationis autem duo sunt modi. vnus, cum idémne sit, an aliquid ĩtersit quæritur: vt, Metuere & vereri, vt rex & tyrãnus, vt assentator & amicus. alter, cum quid præstet aliud alij quæritur: vt illud, Optimine cuiusque sapientes, an populari laude ducantur? atque eæ quidem disceptationes quæ ad cognitionem referuntur, sic fere à doctissimis hominibus describuntur. Quæ vero referuntur ad agendum, aut in officij disceptatione versantur, quo in genere quid rectum, faciendúmque sit, quæritur: cui loco omnis virtutum & vitiorum est sylua subiecta: aut in animorũ aliqua permotione, aut gignenda, aut sedanda tollendáve tractantur. huic generi subiectę sunt cohortationes, obiurgationes, consolatiões, miserationes, omnisque

ad omnem animi motum & impulsio, &, si ita res feret, mitigatio. VT, VERI NE. Nam à philoso phis quęsitũ est, εἰ ἀληθεῖς αἱ αἰσθήσεις καὶ αἱ φανθασίαι. id est, An veraces sint sensus, & imaginatiões. Τὰς μὲν αἰσθήσεις, ἀληθεῖς, τῶν δὲ φανταστῶν τὰς μὲν ἀληθεῖς, τὰς δὲ ψευδεῖς. καὶ ἡ μὲν αἴσθησις μοναχῶς ψευδοποιεῖται κατὰ τὰ νοητὰ, ἡ δὲ φαντασία διχῶς. καὶ γὰρ αἰσθητῶν φαντασία ἐστὶ καὶ νοητῶν. Id est, Sensus quidem veraces: imaginationum autem quasdam esse veraces, fallaces alias. Ac sensus quidem vnico modo fallit, per intellectilia: imaginatio autem bifariam. est enim tum sensilium rerũ imaginatio, tum etiam intellectiliũ. QVIBVS OFFICIIS. Vt an propter amicos ab honestate aliquando declinãdum sit: quod A. Gellius quoq; quęrit, & â plurimis quæsitum fuisse ostendit. VTIVS IN. An ius naturale dici possit: an in consuetudine collocatũ. Sanè, vt Vlpianus inquit, ius aliud publicũ, aliud priuatũ. Publicũ ius est, quod ad statum rei Romanæ spectat. Priuatum est quod ad singulorum vtilitatem pertinet. Sunt enim quædã publice vtilia, quædam priuatim. Publicũ ius, in sacris, & sacerdotibus, & magistratibus cõsistit. Priuatũ ius tripartitũ est· collectũ est enim ex naturalibus pręceptis, aut gẽtiũ, aut ciuilibus. Ius naturale est, quod natura docuit omnia animãtia. Nã ius istud nõ solum humani generis propriũ est, sed omniũ animalium quę in terra, quæ in mari nascũtur: auiũ quoque cõmune est &c. Ius gẽtiũ est, quo gẽtes humanę vtuntur: quod à naturali recedere, facile licet intelligere: veluti, vt inquit Pomp. lib. VI, erga deũ religio, vt parẽtib⁹ & patrię paream⁹. ac vt Hermog. lib. I. inquit, ex hoc iure gentiũ introducta bella sunt, discretę gẽtes, regna cõdita, dominia distincta, agris termini po

siti, ædificia collocata, cõmertiũ, emptiões, vẽditiões, locatiões, cõductiões, obligatiões institutę. Ius ciuile, inquit Vlp. lib. 1 institutionũ, est quod neq; in totũ à naturali, vel gẽtiũ recedit: nec per omnia ei seruit. Itaq; cũ aliquid addim⁹, vel detrahim⁹ iuri cõmuni, ius propriũ, id est, ciuile efficim⁹. Pap. autẽ lib. 1 Digest. Ius ciuile, inquit est, quod est ex legib⁹, plebiscitis, senatuscõsultis, decretis prĩcipũ, authoritate prudentiũ venit. Ius prætoriũ est, quod Prætores introduxerũt, adiuuãdi, vel supplẽdi, vel corrigẽdi iuris ciuilis gratia propter vtilitatẽ publicã. quod & honorariũ dicitur, ab honore Prætorũ sic nominatum.

IN PAVPERTATE. An contentũ esse oporteat ea cõditione: an quærendũ quo modo possis ipsam deuitare. 58

RVRSVS AVTEM. Primũ gen⁹ quæstionũ quod in cognitione versatur, hic trifariã diuidit: in Topicis autẽ in quatuor partes, Coniecturæ, inquiens, ratio in quatuor partes distributa est. quarũ vna est cũ quæritur sitne aliquid: altera vnde ortũ sit: tertia, quæ id causa effecerit: quarta qua de mutatiõe rei quęritur. EC QVISNAM. Quoniã solus est deus sapiẽs. QVONAMPACTO. Naturáne, an ratiõe, an vsu. Nã sunt qui dicãt naturalẽ esse: quæ si ita sit, omnes vtique homines, cũ ab eadẽ vi naturæ oriantur, virtutẽ habebũt. Itẽ quod à natura est, laudabile non est: quoniã mutari nõ potest. nõ igitur virtus erit laudabilis. atqui mutari potest, sicut & vitiũ. nõ ergo à natura. Sũt qui apud Platonẽ dicant eã diuino cõcessu traditã hominibus. Sunt tamen etiam virtutes naturales: sed illæ non morales dicuntur, vt appetendi escam, cõcoquendi, & id genus aliæ. Alij porrò, virtutes morales in ratiõe esse collocatas protulerũt: quoniã cũ prudẽtia in ratione

posita sit,& à prudentia omnes morales virtutes di rigantur:ipsas in ratione positas esse duxerunt.quod tamen nõ sequitur. Nam tã ex affectibus qui à parte oriuntur irrationali: quàm ab ipsa proficiscuntur prudentia,quæ de ratione manat.Alij porrò per ipsum,hoc est assuetudinem fieri virtutes putauerunt: quòd frequentes actus habitus faciant. NATV-
59 RALIBVSQVE.Quæ sunt in naturali philoso-phia. ILLIVS AVTEM GENERIS. In Topicis verò aliquanto secus dicit:quod in tamẽ idẽ recidere videtur. ait enim, Cum autem quid sit quæritur,notio explicanda est & proprietas,& diuisio & partitio.hæc enim sunt diffinitioni attributa. additur etiam descriptio, vt pertinacia & perseuerantia.Varro de lingua latina ad Ciceronẽ, A qua re sit,inquit,pertinacia cũ quæritur vnde,dicitur esse à pertendendo.in qua re sit impositũ,dicitur cũ demõstratur in quo non debet pertẽdi, & pertendit, pertinaciam esse. quod in quo oportet manere si in eo perstet, perseuerantia sit. TERTIO AVT. In Topicis autẽ aliter hunc locum tradit: inquit nãq;, Cum autem quæritur quale quid sit,aut simpliciter quæritur aut cõparate. simpliciter,expetendáne sit gloria.cõparate,præponẽdáne sit diuitijs gloria.Simplicium tria genera sunt,de expetẽdo fugiendóque, de æquo & iniquo, de honesto & turpi. Cõparationum autem duo, vnum de eodem & alio, alterum
60 de maiore & minore. RESTAT ACTIONIS locus,qui ad virtutẽ & vitium totus refertur.

QVOD AD RATIONEM. Vt totus Ciceronis officiorum liber est. ALTERVM AD SEDANDOS. Vt cum consolamur,vt ipse in quæstionibus Tuscula.facit Cicero, & præterea

plærunque in orationibus: qui proprie locus est conclusionis, cum aliquid amplificamus, indignationem commouemus, aut in conquestionem descendimus.

COLLOCANDI AVTEM. quæ est exposita in alijs, quam tradidim⁹ suprà, vbi de motu, & pariter de collocatione locuti sumus. 61

PROPOSITARVM quæstionum quæ sub thesi continentur. CONTROVERSIARVM, idest causarum quæ sub hypothesi definitáque quæstione sunt.

CAVSARVM. Prorsus superstunt tractanda tria causarum genera, demõstratiuum, deliberatiuũ: iudiciale. DELECTATIONEM. demõstratiuum genus dicit. ALTERIVS VT OBTINEAT. quæ est deliberatiui & iudicialis generis. LATVM GENVS ESSE. Laudando ac vituperando. SANEQVE VARIVM. idest admodum multiplex. VNVM EX EO. Genus enim nullum est orationis quod aut huberius ad dicendum, aut vtilius ciuitatibus esse possit. Quintilianus in huius generis tractandi exordio, Potissimum incipiam, inquit, ab ea, quæ constat laude ac vituperatione. Quod genus videtur Aristoteles, atque eum secutus Theophrast⁹, à parte negotiali, hoc est πραγματικῆς remouisse, totámque ad solos auditores relegasse, & id eius nominis, quod ab ostentatione ducitur, proprium est. sed mos Roman⁹ etiam negotijs hoc munus inseruit. nã & funebres laudationes pendent frequẽter ex publico aliquo officio, atque ex Senatusconsulto Magistratibus sæpe mãdantur: & laudare testem, vel contrà, pertinet ad momentum iudiciorum: & ipsis etiam reis dare laudatores licet, & editi in competitores in L. Pisonem, in Clodium, & Curionem libri, vituperationem continent, & tamẽ

in Senatu loco ſententiæ habiti ſunt. RELI-
62 QVVM AVTEM GENVS. Ideſt reliqua duo genera quæ vnum ſeparatum à ſuperiore genus face re videntur, quatenus illud in delectatione poſitum, in hoc autem aliquid, vt ſuprà dictum eſt, ſtatuit auditor. AD BENEDICENDVM. quoniã quæritur delectatio. AD HONESTE. Quoniam laudatur & vituperatur. ALTERIVS. Hoc eſt laudatiõis finis, eſt honeſtas. ALTERIVS.
63 Ideſt vituperationis finis, eſt turpitudo. ARGV MENTATIONIBVS. Itaque & Quintil. manifeſtúmque eſt, inquit, errare eos qui nunquam oratorem dicturum niſi de re dubia, putauerunt. an laudes Capitolini Iouis perpetuæ, ſacri certaminis materiæ vel dubiæ ſunt? vel non oratorio genere tractantur? vt deſiderat autem laus quę negotijs adhibetur, probationem: ſic etiam illa quæ oſtentationi componitur, habet interim aliquã ſpeciẽ probationis. ergo locus hic intelligẽdus Ciceronis eſt ſine vllis argumẽtationibus acribus, acutis, vehemẽtibus: vt ſunt aliorum generum: vt tamen ſcias ſpeciem argumentationum in hoc quoque genere aliquam adhibendam.
64 INSIGNIBVS, Ideſt tropis & ſchematis, quæ orationem comunt, poliũntq;, & eis quæ ſuprà ipſe commemorauit. FACTIS. Ideſt nouatis. VETVSTIS. Non tamen nimium ab vſu remotis, vt ſuprà diximus. quæ ſequuntur omnia, iam dicta ſunt vbi de elocutione locuti ſumꝰ. VERSVVM. Admonuimus nanque in verſum clauſulã concludere, vitioſum eſſe. EXPLENDVM AVRIVM SENSVM. vt tantum periodus extendatur, vt vno ſpiritu poſſit enuntiari: nec breuius contrahatur, quàm poſſit ipſe ſpiritus protrahere, ac

vt pedibus iam dictis ambitus ille concludatur.

MODO. Ideſt modulatu. ORNAMENTA RERVM. Ideſt figuræ ſententiarũ. AD MIRABILIA. Cum ea dicimus quæ mirentur auditores. MONSTRIS. Cũ quid naſcitur inſolitum: vt ſi mula pariat. PRODIGIIS. Vt cum arma in cælo ſplenduiſſe aut crepuiſſe dicũtur. 65

ORACVLIS. quæ Apollo, aut alius dæmon: aut ſanctus etiam vir prophetatus fuerit. DIVINA ATQVE FATALIA. Quæ diuinitus & fato quodam proueniſſe videantur: hoc eſt quod neceſſario futurum videretur. SED QVONIAM. omnia ſiquidem bona, malâve, aut animi, aut corporis, aut externa ſunt. animi: vt ſcientiæ, artéſq; omnes, ac morales virtutes. corporis: vt forma, robur, bona valetudo. externa: gloria, amplitudo, amicitia. quæ omnia, ſuas habent ſpecies: ſed quæ neceſſariæ ſunt, eas Cicero attingit. A GENERE. Ideſt qui ſibi nomen vendicãt à maioribus, qui excellentes fuerint: aut ſi vituperam⁹, qui obſcuri, aut infames. BREVITER, MODICEQVE. Vt in laudandi genere ne nimij ſimus, ſed paucis attingamus. INFAME. Si infamiæ nota inſignitum ſit, dum reliqua laudamus, ipſum gen⁹ prætermittamus. HVMILE. Si ignobile, præteribimus inquit, aut augendo gloriam eius quẽ laudem⁹, quãtũ illuſtrauerit ipſum ſignificabim⁹. FORTVNIS. Quæ feliciter geſſit, & quas opes iuſte, ac pie, fortiterve ſibi cumulauerit, dicem⁹. FORMA LAVDATVR. Quòd quædam in ea videatur ſpirare diuinitas, cultúſque animi: ſicut è diuerſo deformitas, incompoſitos immanéſque mores ſignificare videatur. TEMPORVM. quia narratur 66

historia. RECENTISSIMVM. Quoniã facilius persuademus. VIRTVTVM GENERA. Quæ ad prudentiam, quæ ad fortitudinem, quæ ad iustitiam, cæteráſque virtutes pertinere videbuntur: quod pro lege Manilia de Pompeij imperio ipſe facit Cicero. SED HIC LOCVS. Sensus eſt, Longè, latéque de virtutib⁹, ac vitijs hoc loco poſſemus vtique diſputare: ſed cum non philoſophiam doceamus, verum oratorem quid ſit in laude vituperatione que tenendum, admoneamus, ſatis eſſe ducimus ſi anguſtè breuitérque omnia attingamus.

SCIENTIA. Ideſt quę ſcientiam parit ab Ariſtotele, Διανοητικὴ appellata: vnde & omnis ſcientia, árſque oritur. AVT ACTIONE. Quoniã virtutes morales omnes in actione ſunt: ſiquidem vt Ariſtoteles, Ptolemæus, Theónque tradunt, aut homo inſpector, aut agens eſt. Inſpicit quidẽ aut Theologica, aut mathematica, aut phyſica. Agitur verò in moralibus virtutib⁹ iuſte, fortiter, temperate, atque
67 in cæteris eodem modo. QVAE PRVDENTIA. Hæc (vt inquit Ariſtoteles) ſapientię ſeruit, cũ omnibus affectib⁹ moderatur. ita enim in Ethicis inquit magnis, ἀλλ' ἴσως ἔχει ὡς πὲρ ἐν οἰκίᾳ ὁ ἐπίτροπος. οὗτος γὰρ πάντων κύριος, καὶ πάντα διοικεῖ, ἀλλ' οὕτω οὗτος ἄρχει πάντων, ἀλλὰ παρασκευάζει τῷ δεσπότῃ σχολὴν, ὅπως ἂν ἐκεῖνος μὴ κωλυόμενος ὑπὸ τῶν ἀναγκαίων, ἐκλύηται τοῦ, τῶν καλῶν τε καὶ προσηκόντων πράττειν. οὕτω καὶ ὁμοίως τούτῳ ἡ φρόνησις ὡς πὲρ ἐπίτροπός τις ἐστὶ τῆς σοφίας, καὶ παρασκευάζει ταύτῃ σχολὴν, & τὸ ποιεῖν τὸ αὐτῆς ἔργον, κατέχουσα τὰ πάθη, καὶ ταῦτα σωφρονίζουσα. Sed fortaſſe talis eſt, qualis in familia eſt is, cui domus curatio eſt mandata. Hic enim omnia

in poteſtate habet, omniáque adminiſtrat, ac moderatur: non continuo tamen omnium dominium tenet: ſed tantum domino ocium, & quietem parit, ne ille rerum neceſſariarum cura impeditus, facere præclarum, ſéque dignum quidpiam prohibeatur. Ita, & ad eundem modum, tanquam procuratrix quædam ſapientiæ eſt prudentia, quæ illi ocium cõparet quò ea quoque ſuo officio fungatur: comprimẽs perturbationes, eáſque intra modum cogens conſiſtere.

CALLIDITAS. Cicero de natura deorum, Verſutos, inquit, eos appello, quorum mens celeriter verſatur. Callidos autem quorum tanquam manus opere: ſic animus vſu concalluit. SAPIENTIA. Cum ſit ſapientia rerum diuinarum humanarúmque ſcientia. MODERANDIS CVPIDITATIBVS. quod prudentiæ, vt diximus, eſt munus. DOMESTICA. quam œconomicam dicimus. CIVILIS politica â Græcis nominatur. TEMPERANTIA AVTEM. Ariſtoteles autẽ, σωφροσύνης δέ, inquit, ἐστὶ τὸ μὴ θαυμάζειν τῶν σωματικῶν ἡδονῶν, καὶ τὸ εἶναι πάσης ἀκολασικῆς αἰσχρᾶς ἡδονῆς ἀνορεκτόν. καὶ τὸ φοβεῖσθαι καὶ τὴν δικαίαν ἄδειαν, καὶ τὸ τάχθαι περὶ τὸν βίον ὁμοίως ἔν τε μικροῖς, & μεγάλοις. παρέπεται ὁ τῇ σωφροσύνῃ. ἑταξία, κοσμιότης, ἀιδώς, ἐυλάβεια. Tẽperantiæ eſt, inquit, nõ admirari corporis voluptates, & omnis inhoneſtæ voluptatis fruendæ appetitu non moueri. tum vel iuſtam quoque libertatem metuere. ac eundem perpetuo in vita ſtatũ in paruis ſimiliter magniſque rebus tueri. Comitantur autem tẽperantiã, modéſtia, venuſtas, pudor, cautio. FORTITVDO. De fortitudine inquit Ariſtoteles, ἀνδρείας δέ ἐστι, τὸ δυσὶν κλητὸν ὑπὸ

φόβων τῶν περὶ θάνατον, καὶ τὸ εὐθαρσεῖν ἐν τοῖς δεινοῖς, καὶ τὸ εὐτολμον πρὸς τοὺς κινδύνους. καὶ τὸ μᾶλλον αἱρεῖσθαι τεθνάναι καλῶς, ἢ αἰσχρῶς σωθῆναι. & τὸ νίκης ἄπορον εἶναι. ἐπὶ δὲ ἀνδρείας, καὶ τὸ πονεῖν, καρτερεῖν, αἱρεῖσθαι, καὶ δύνασθαι. παρέπεται δὲ τῇ ἀνδρείᾳ καὶ ἡ εὐτολμία, καὶ ἡ εὐψυχία, & τὸ θάρσος, ἔτι δὲ, ἥτε φιλοπονία, & ἡ καρτερία. Fortitudinis partes sunt, nō excitari terroribus mortis. & confidere in aduersis. tum audere in periculis. ac optare potius honestā mortē, quàm salutem turpē. & victorię authorē esse. Quin fortitudinis quoq; illa sunt, Laborare, tollerare, deligere, posse. Accidūt autē Fortitudini, audacia, æquanimitas, cōfidentia, tū etiam susceptio laborum voluntaria, & tollerantia.

68 MAGNITVDO ANIMI DICITVR.

Aristoteles μεγαλοψυχίας δέ inquit εἶναι τὸ, καλῶς ἐνεγκεῖν εὐτυχίαν & ἀτυχίαν, & τιμὴν, καὶ ἀτιμίαν. & τὸ, μὴ θαυμάζειν μήτε τρυφὰς, μήτε θεραπείαν, μήτε δύναμιν, μήτε τὰς νίκας τὰς ἐναγωνίους. ἔχειν δὲ τι βάθος τῆς ψυχῆς, καὶ μέγεθος. εἶναι δὲ μεγαλόψυχος, οὐδ' ὁ τὸ ζῆν περὶ πολλοῦ ποιούμενος, οὐδ' ὁ φιλόζωος, ἁπλοῦς δὲ δεῖ ἦθος καὶ γενναῖος. ἀδικεῖσθαι δυνάμενος, καὶ οὐ τιμωρητικός· ἀκολουθεῖ δὲ τῇ μεγαλοψυχίᾳ ἀπλότης, καὶ ἀλήθεια. Magnitudinis animi officia sunt, recte ferre secundam aduersamque fortunam, honorem & infamiam. & neque voluptates admirari, neque cultum, neq; potentiam, neque in contentionibus victorias. habere autem profunditatem animi quandam, & magnitudinem. Est verò magnanimus, neq; is qui vitam magnifaciat, neque qui viuere expetat: sed moribus simplex ac generosus. qui iniuriam quidem accipere possit, non etiam ad vlciscendū promptus sit. Sequitur porrò animi magnitudinem simplicitas, atque

etiam veritas. LIBERALITAS. De liberalitate inquit Aristoteles, ἐλευθεριότητος δέ ἐστι προαιρετικὸν ἔναι χρημάτων ἐπὶ τῷ εἰς δέον πανάλωθῆναι. τὸ βοηθητικὸν ἔναι ἐν τῷ διαφόρῳ, & τὸ μὴ λαβεῖν ὅθεν μὴ δεῖ. ἔστι δὲ ὁ ἐλευθέριος, καὶ περὶ ἐδωδὴν καθάριος, καὶ περὶ οἴκησιν, καὶ κατασκευαστικὸς τῶν περιττῶν καλῶν & διαγωγὴν ἐχόντων ἄδεαν ἄνευ τοῦ λυσιτελοῦντος. καὶ θρεπτικὸς τῶν ζώων, τῶν ἡδίον πεχόντων, ἢ θαυμασόν. ἀκολουθεῖ δὲ τῇ ἐλευθεριότητι τοῦ ἤθους ὑγρότης, καὶ εὐαγωγία, καὶ φιλανθρωπία, καὶ τὸ εἶναι ἐλεητικὸν, καὶ φιλόσοφον, καὶ φιλόξενον, καὶ φιλόκαλον. Liberalitatis est, pecuniarū amātem esse, quas in res honestas impendat: & cū inciderit eiusmodi tempus, ad præstandū auxilium paratum esse: & vnde non oportet, nihil accipere. Est autē liberalis homo in vestitu, habitationēq; mundus atq; elegans. Libentērq; cōparat quæ eximie pulchra sunt, quæq; vsum habēt iucūdū sine vtilitate. Animalia alit ea quę voluptatis aliquid habēt, aut admirationis. Sequitur autē liberalitatem morū quædā mollities, & facilitas, & humanitas: tū esse misericordē, & amicorū, hospitum, elegantiæq; amantem. IVSTITIA DICITVR. De iustitia quoque egregie Aristoteles inquit, δικαιοσύνης δέ ἐστι τὸ διανεμητικὸν ἔναι τοῖς κατ' ἀξίαν. τὸ σώζειν τὰ πάτρια ἔθη, καὶ τὰ νόμιμα. τὸ σώζειν τοὺς γεγραμμένους νόμους. & ἀληθεύειν ἐν ᾧ διαφέρον. τὸ διαφυλάττειν τὰς δμολογίας. ἔστι δὲ πρώτη τῶν δικαιοσυνῶν πρὸς τὸν θεόν. ἔπειτα πρὸς πατρίδα, καὶ γονέας, ἔπειτα πρὸς τοὺς κατοικομένους, ἐν οἷς ἐστι καὶ εὐσέβεια. ἀκολουθεῖ δὲ τῇ δικαιοσύνῃ καὶ ὁσιότης, καὶ ἀλήθεια, καὶ πίστις, καὶ ἡ μισοπονηρία. Iustitiæ est, quod quēque deceat, tribuere. Iura, institutaq; patriæ seruare: leges iā scriptas tueri: veritatē

vbi quid ambigitur sequi.stare pactis conuentis. Est autem iustitia princeps ea, quæ ad deum pertinet. proxima quæ ad patriam, parentésque.tum quæ erga mortuos est.in quibus consistit & religio. Ad iustitiam pertinent, sanctitas, veritas, fides, & prauitatis odium. ANIMADVERTENDI, idest vlciscendi, LENITAS: de qua Aristoteles, πραότητος δέ ἐστι τὸ δύνασθαι φέρειν μέτρια ἐγκλήματα, καὶ ὀλιγωρίας μετρίας, καὶ τὸ μὴ ταχέως ὀρμᾶν ἐπὶ τὰς τιμωρίας, καὶ ὃ μὴ εὐκίνητον εἶναι πρὸς τὰς ὀργάς. ἄοικτον δὲ τὸ ἦθος, καὶ ἀφιλόνεικον, ἔχοντα τὸ ἡρεμαῖον ἐν τῇ ψυχῇ, καὶ σάσιμον. Lenitatis est ferre posse mediocria crimina, & cõtumelias mediocres. Non ad vlciscendum impelli celeriter. non facile in iram cõmoueri. Vacare autem omni morũ acerbitate. non esse contentiosum. haberêque animi sedationem quandam, & constantiam. SAPIENTIAE, Idest philosophiæ: quæ sapiẽtia primo dicta, postea à Pythagora philosophiæ nomen sibi vendicauit. IN DISPVTANDO VERA. dialecticam, idest artem differendi dicit, cui hæc attribuuntur omnia. ORATORIA: quę græco nomine rhetorica nominatur. hæc eadem prope quæ & dialectica prosequitur: nisi quod pressius dialectica, eloquentia copiosius omnia tractat, motúsque animi
69 disputationi adiungit. HABITVS, vtpote virtutes, & in actione versati. PRAECVLTI. Qui propter virtutem amplectendam nos præmuniunt exornántque. STVDIA LITERARVM. Quæ græco vocabulo grammatices nomen adepta sunt. VT NVMERORVM &c. hoc est mathematicę omnes disciplinæ, quarum dux Arithmetica est: quod vt ostẽdam, Nicomachi, & nihil amplius, ver-

ba apponam: qui in 1 Arith. inquit. ὕσης μὲν γεωμετρίας, ἀνάγκη καὶ ἀριθμητικὴν ἐπιφέρεσθαι, ἅμα γὰρ τρίγωνον, ἢ τετράγωνον, ἢ ὀκτάεδρον, ἢ εἰκοσάεδρον, ἢ διπλάσιον, ἢ τριπλάσιον, ἢ ὀκταπλάσιον, ἢ ἡμιόλιον, ἢ ἄλλο τι τοιοῦτον, ὧν γεωμετρία λέγει, καὶ οὐκ ἄνευ τῶν ἐν ἑκάστῳ συνεπιφαινομένων ἀριθμῶν ἐπινοεῖσθαι ταῦτα δύναται. πῶς γὰρ ὄντι τριπλάσιόν τι εἶναι λέγεσθαι, μὴ ὑποκειμένου τρία ἀριθμοῦ. ἢ ὀκταπλάσιον, μὴ τοῦ ὀκτώ. ἔμπαλιν δὲ, τὰ τρία εἴη ἄν, καὶ τὰ τέσσαρα, καὶ τὰ ἑξῆς, μὴ ὄντων ὁμωνύμων σχημάτων. συναναιρεῖ ἄρα ἡ ἀριθμητικὴ τὴν γεωμετρίαν. ἀλλ' οὐ συναναιρεῖται ὑπ' αὐτῆς. καὶ συνεπιφέρεται μὲν ὑπ' ἐκείνης, οὐ συνεπιφέρει δὲ αὐτήν. πάλιν δὲ ἐπὶ τῆς μουσικῆς. οὐ μόνον γὰρ ὅτι προγενέστερον τὸ καθ' αὑτὸ τοῦ πρός ἕτερον, ἀλλ' ὅτι καὶ αἱ μουσικαὶ συμφωνίαι διὰ τεσσάρων, διὰ πέντε, διὰ πασῶν καθ' ἀριθμόν εἰσιν ὠνομασμέναι ὁμοίως, καὶ τοὺς ἁρμονικοὺς λόγους ἀριθμητικοὺς πάντως ἔχουσιν. ἡ μὲν διὰ τεσσάρων, ἐπίτριτον. ἡ δὲ διὰ πέντε, ἡμιόλιον. ἡ δὲ διὰ πασῶν, διπλάσιον. τριπλάσιον δὲ ἡ διὰ πασῶν ἅμα, καὶ διὰ πέντε. τετραπλάσιον δὲ, ἡ τελειότης, ἡ δὶς διὰ πασῶν. ἐκλελοιπότερον γεμὴν ἡ σφαιρικὴ δι' ἀριθμητικῆς τυγχάνει πάντων τῶν προσηκόντων αὐτῇ σχημάτων. οὐ μόνον ἐπειδὴ μεταγενεστέρα γεωμετρίας ἐστὶ. ἡ γὰρ κίνησις, φύσει μετὰ τὴν μόνην, οὐ δέ τι ἁρμονίας ἐμμελοῦς ἐκ παντὸς τὰ τῶν ἀστέρων κινήματα ἔτυχεν, ἀλλὰ καὶ ὅτι ἀριθμῶν περιόδοις καὶ ποσότησιν, ἀνατολαί τε, καὶ δύσεις, καὶ προπορισμοί, καὶ ἀναπορισμοί, διαρθροῦνται. Existēte geometria, necesse est etiã Arithmeticã esse. simul enim trigonũ, aut tetragonũ, aut octahedrũ, aut duplũ, aut triplũ, aut octuplũ, aut sescuplũ, aut aliqd aliud eorũ, quib⁹ geometria vtitur: ac sine ijs nũeris, q vnâ

cõpoſiti apparent, cogitari iſta nõ poſſũt. Quo enim modo triplum aliquid eſſe dici poſſet, ſi non tria numerus ſubſiſteret? aut octuplũ, ſi non octo? Quin cõtrà potius, & tria eſſe poſſunt, & quatuor, & cætera deinceps, etſi cognomines ijs figuræ nullæ ſubſint. Sublata igitur Arithmetica ſimul Geometriam perimit: non etiam ab ea perimitur. Et hæc ab illa ſimul ſubinfertur: non etiam ipſam ſubinfert. Rurſum autem & in muſica eodem modo: non ob id tantum, quòd quæ per ſe cõſtãt, priora ſunt ijs quæ ad aliud relationem habent, ſed quòd ipſæ etiam muſicę modulationes, dia teſſaron, dia pente, dia paſõn, numerorum nominibus ſimiliter notantur: eodem modo & harmonicas proportiones, arithmeticas omnino habẽt. Diateſſarõ, ſeſquitertiam. Diapente, ſeſcuplã. Diapaſon, duplam. Triplã, Diapaſon ſimul & Dia pente. Quadruplam denique, perfectio, quæ dis dia paſon eſt. Manifeſtius autem Sphærica ſuas omnes conſiderationes per Arithmeticam conſequitur, nõ ideo tantum quòd Geometria poſterior ſit, (motus enim natura poſt vnitatem eſt) neque quòd harmonicis modulatiõibus motus celebretur aſtrorum: ſed etiam quòd per numerorum circuitꝰ ac quãtitates, ortus occaſúſque, & progreſſiones, regreſſionéſq; cõſtituũtur. VT NVMERORVM. hoc eſt Arithmetices. SONORVM. Hoc eſt muſices. MENSVRAE. id eſt, Geometriæ. SYDERVM. Id eſt, Aſtrologiæ. PROPENSIORA STVDIA. Hoc eſt, in quibus ſcientijs magis ſe exerceat quem laudemus. DIVINIS. Operam dando religioni. VICIORVM. Poſteaquàm virtutes omnes amplexus eſt, earum nũc ad vituperationis materiã ſuggerit contraria. NAM ET PRVDEN-

70

TIAM. Prudentiæ cõtraria enumerans Aristo. inquit, ἀφροσύνης δέ ἐστι τὸ κρίνειν κακῶς τὰ πραγματα. τὸ βουλεύσασθαι κακῶς. τὸ ὁμιλῆσαι κακῶς. τὸ χρήσασθαι κακῶς τοῖς παροῦσιν ἀγαθοῖς. τὸ ψευδῶς δοξάζειν περὶ τῶν εἰς τὸν βίον κακῶν, καὶ ἀγαθῶν. παρακολουθεῖ δὲ τῇ ἀφροσύνῃ, ἀμαθία, ἀπειρία, ἀκρασία, ἐπαρισιρότης, ἀμνημοσύνη. Imprudentiæ autem est perperam de rebus iudicare, male consulere, male congredi, præsentibus bonis male vti, corrupte existimare de bonis malisque ad vitam pertinentibus. Sequitur porrò imprudentiam, imperitia, inexperientia, intemperantia, sinisteriorum ac deteriorum delectus, obliuio. ET TEMPERANTIAM. Hoc dicit, Sũt qui dum temperantes videri volunt, ac voluptates aspernari, immanes fiant, truces, immites. ET MAGNITVDINEM. Hoc est, Alij dum magnanimi videri volunt, dum animos extollunt, elati nimium animo, superbi, & intollerabiles fiunt, quod sanè genus hominũ odit deus: quare & Augustinus in psalmo quinquagesimo octauo Dauid, Illud est vitiũ, inquit, capitale, quòd cum quis bene profecerit, superbia tentatur, vt perdat totum quod profecit. Denique omnia vitia in malefactis timenda sunt: superbia in benefactis plus metuenda est. ET DESPICIENTIA. Sunt enim qui dum honores contemnere videantur, & minime ambitiosi videri volunt, in aliud maius vitium deuoluuntur, dum omnes homines cõtemnunt. ET LIBERALITATEM. Alij dum liberales esse cupiunt, effusi sunt & prodigi. ET FORTITVDINEM. Alij existimãt se fortes visum iri, si audaces extiterint. DVRITIA IMMANIS. Alij dũ nimis patientes videri vo-

lunt, incidunt in duritiam quandam immanem.

IVSTITIA ACERBITAS. Alij dum nimium ad vnguem iusti esse videri cupiunt: agrestes, duri, barbarique efficiuntur. inde, vt inquit Cicero, summum ius, summa iniuria factum, iam tritum sermone prouerbium est. ET RELIGIONEM. Seruius Sulpitius religionem esse dictam tradit, quæ propter sanctitatem aliquã remota ac sepositа à nobis sit, quasi à relinquendo dicta: vt à carendo ceremonia. Lactantius autem in quarto, Nimirum, inquit, religio, veri cultus est: superstitio falsi. Superstitiosi autem vocantur, nõ qui filios superstites optãt, omnes enim optamus: sed authi qui superstitẽ memoriam defunctorum colunt, aut qui parẽtibus suis superstitibus colebãt imagines eorum domi, tanquã deos penates. nam qui nouos sibi ritus assumebant, vt deorum vice mortuos honorarent, quos ex hominibus in cælum receptos putabãt: hos superstitiosos vocabant. eos verò qui publicos & antiquos deos colerent, religiosos nominabant. vnde Virgilius, Vana superstitio, veterúmque ignara deorum. Idem quoq; Lactantius rursus de religione locutus, Hanc sequamur, inquit, hoc vinculo pietatis obstricti deo: & religati simus, vnde ipsa religio nomen accepit, non vt Cicero interpretatus est, à relegendo, qui in libro de natura deorum secundo ita dicit, Non enim philosophi solum, verum etiam maiores nostri superstitionẽ à religione separauerunt. nam qui totos dies precabantur & immolabant, vt sui sibi filij superstites essent, superstitiosi sunt appellati. qui autẽ omnia quæ ad cultũ deorũ pertinerẽt diligẽter retractarẽt, & tãquam relegerent, hi sunt dicti religiosi, à relegẽdo, vt eligentes ex eligendo, tanquã à diligendo diligentes,

his enī in verbis omnibus ineſt vis legendi eadē quę in religioſo. ita factū eſt in ſuperſtitioſo & religioſo, alterū vitij nomē, alterū laudis. LENITATEM vt qui lenis haberi vult, plærūque nimiū remoleſcat. ET VERECVNDIAM. Vt qui verecūdi ſint, in proximum vitium delabuntur, timiditatē. ET ILLAM DISPVTANDI prudētiam. hoc eſt, qui dialectici eſſe volunt, ſophiſtæ ſint: & captiunculis ſermones aucupentur, & illi rei ſoli ſtudeant.

ET HANC ORATORIAM. Hoc eſt, Fit etiam vt qui oratores videri cupiant, inani verborum tinnitu, & loquaci vtantur, ac inutili oratione.

STVDIIS AVTEM BONIS. In omni, inquit, ſtudio, quicquid eſt nimiū, carpi poteſt. GENERATVS. quales parentes habuerit. EDVCATVS. Molliter ac delicatè, an cōtra. INSTITVTVS. Quibuſcū verſatus ſit, peritisne, an imperitis, quales mores habuerit, & ſi quid diuinit⁹ ei apparuerit. PROPOSITA SVNT. Vt ſi iuſtè, ſi fortiter, ſi argutè, ſi facūdè dixerit fecerítq; quidpiā: id illis ipſis virtutibus adiūgatur, de quib⁹ illū laudā- tes, locuti ſimus. NEQVE VERÒ MORS. 72
Hoc dicit, Si quid nobile ī morte euenerit, ne id quidem ſilentio prætereūdū eſt: vel quòd mortē conſtātiſſime tulerit. & ſi quid poſt mortem ipſam laudabile acciderit, obliterādum ſilentio non eſt. EST 73
IGITVR IN DELIBERANDO. Traditis in demonſtratiuo genere pręceptis, nunc iam deliberatiui generis præcepta explicat, eiúſque finem facit vtilitatem: à quo planè diſſentit Quintilianus, inquiens, Deliberatiuas quoque miror à quibuſdam ſola vtilitate finitas. Ac ſi quid in his vnum ſequi oporteret, pǫtior fuiſſet apud me Ciceronis ſen-

tentia, qui hoc materiæ genus dignitate maxime cõtineri putat. Nec dubito quin ij, qui sunt in illa priori sententia, secũdũ opinionẽ pulcherrimã, ne vtile quidẽ, nisi quod honestũ esset, existimarint. Et hęc est ratio verissima: si cõsiliũ cõtigat semper bonorũ atq; sapiẽtiũ. Verũ apud imperitos, apud quos dicẽda frequẽter sententia est, populúmq; pręcipue, qui ex pluribus cõstat indoctis, discernenda sunt hæc, & secũdũ magis communes intellectus loquendum. Cicero tamen, vt hic, ita in Topicis finem facit vtilitatem.

VTILIA PRIMA. Quintilianus autẽ, Quare in suadendo, inquit, & dissuadendo, tria primum spectanda erunt, Quid sit de quo deliberetur, qui sunt qui deliberẽt, quis sit qui suadeat. Rem de qua deliberatur, aut certum est posse fieri, aut incertum. si incertum, hæc erit quæstio sola ac potentissima: sæpe enim accidet, vt prius dicamus, ne si possit quidẽ fieri, esse faciendum, deinde fieri non posse. Cum autem de hoc quæritur, coniectura est, an Isthmos intercidi, an secari palus Pontina, an portus fieri Hostiæ possit, an Alexander terras vltra oceanum sit inuenturus. Sed in his quoque quæ constabit posse fieri, coniectura aliquando erit: vt si quæratur, an vtique futurum sit vt Carthaginem superent Romani vt redeat Annibal, si Scipio in Africam exercitum transtulerit, seruent fidem Samnites, si Romani arma deposuerint. Quædam & fieri posse, & futura esse, credibile est. Et paulo post, Possibile, fas, iustum, pium, æquum, mansuetum, quæ honestati subijciuntur. An sit autem facile, magnum, iucũdum, sine periculo, ad quæstionem pertinet vtilitatis: qui loci oriuntur ex contradictione. Est quidem vtile, sed difficile, paruum, iniucundum, periculosum. tum qui-

busdam videtur esse nonnunquam de iucūditate sola consultatio, vt si de ædificando theatro, instituendis ludis, deliberetur. ITAQVE CVM CONSTET. Genus causarum subaudi difficile atque necessarium. SIC SVASORI. Subaudi & vtile esse, & fieri posse. DISSVASORI. Si alterum infirmat, sat est, vt aut inutile esse, aut fieri non posse dicat. SITA SVNT. Est autem (vt in tertio de finibus bonorum & malorum Cicero inquit) officium, quod ita factum est, vt eius facti probabilis ratio reddi possit. ATQVE VIRTVTIBVS. Est autem virtus inquit Aristoteles, μεσότης τῶν παθῶν mediocritas perturbationum. Plato autem: Ἀρετὴ inquit, ἐστὶν ἡ καθ' αὑτὴν ἐπαινετὴ ἕξις καθ' ἣν τὸ ἔχον, ἀγαθὸν λέγεται. Virtus est habitus per se laudabilis: secundum quem id quod illā habet, bonū dicitur. SVADIBILIA. nam vt Aristoteles docet in Ethicis, in anima esse dicuntur bona, alia honorabilia, alia laudabilia. honorabilia quidem, vt memoria, consilium, iudicium, ingeniū, intelligentia, & huiusmodi: alia, vnde artes scientiæque scaturiunt. laudabilia autē, vt virtutes sunt morales omnes. VALETVDO. Quæ tamen vocabuli significatione anceps est. QVAE SINT CONTRARIA. Et perinde vituperanda. OPTIMA TENERE. Sensus est, Habenda apud malos, aliquando indoctos est oratio, apud quos consultandum, si non quid honestum, saltem quid vtile. quòd si optima teneremus, nullus esset consultationi locus. quilibet enim quid sibi præscribendum foret, cognosceret. OPPORTVNA. Subaudi quę in ipsa est honestate. AD OPINIONES. nam orator totum se ferè audientium accommodat

74 75 76

ſententiæ, aut non multum ab ipſorum mente ſe abdicat: ita enim ſiue vtilia, ſiue honeſta tum demum
77 poteſt obtinere. ILLI AVTEM ALTERI Subaudi agreſti, & ſordido generi quæſtus emolumentum, fructúſque proponitur, hoc eſt vndecunq; poſſit vtilitatem enanciſci. VOLVPTAS. Subaudi, corporis. quoniam ea eſt virtuti inimica. nam virtutis voluptas auget animi bona. BONIQVE. quia dum quis id bonum exiſtimat, quòd imperet, pecuniam habeat, & reliqua huiuſmodi, iuréne, an iniuria nonquærit, dum videatur laudãdus & honorandus, accedere quæ bona ſunt virtutis. NECESSARIIS. Vt patriæ, vt parentibus, vt liberis: quod in primis quæri oportuit.

QVARVM RERVM, Ignominiæ, infamiæ, contumeliæ, dedecoris. Atque hæc nõ publicis modo conſilijs, ſed etiam priuatis: atque adeò magis in priuatis ſpectanda ſunt. MALO CVLTV. Quòd ſi male colatur, vt ſi inhoneſtum videatur, in alterius adduci non poſſit ſententiam.

BENE INSTITVTOS. Qui rebus bonis inſtructi fuerunt. ADDANTVR ETIAM CONTVMELIAE. Subaudi,
78 vt deuitari poſſint. QVÁMQVE EXPEDIAT QVAERI SOLET. In deliberatiuo, inquit, genere quæri etiam ſolet quàm ſit vtile: quàm fieri aut non fieri poſſit aliquid. CAVSARVM AVTEM GENERA SVNT PLVRA. Sicut ipſe in Topicis docet. NAM SVNT ALIAE QVAE IPSAE CONFICIVNT. Quæ efficientes cauſæ nominantur.

AD CONFICIENDVM AFFERVNT. Id eſt, cauſæ quæ adiuuantes nominari ſolent:

vt in libro de Fato ipſe quoq; oſtendit. PRINCIPIVM. vt eſt cauſa materialis ac formalis.

EXITVM. Vt cauſa finalis. nã cum Ariſtoteles cauſarũ genera materialẽ, formalẽ, finalem, efficientémque fecerit, Plato his etiã addidit exemplarẽ atq; inſtrumentalẽ. QVAE ADVERSENTVR. Stultum ſiquidẽ ſit quæ proſunt inſpicere: & quæ officere poſſint non conſiderare. CONTENTIONE. Quæ ſolet in ſententijs varijs pronuntiãdis naſci. 79

DISSVADENTIBVS. Commonuit ac inſtruxit ſententiam ſuam pronuntiantes & conſilium proferentes. nunc quid pariter facere oporteat deterrẽtes ab alieno propoſito, docet. SVASIONIS LOCIS. Hoc eſt ex eis locis quibus alter ſuaſit, ex eiſdẽ diſſuadebimus. VTERQVE VERO. Idem quoq; docet Quintilianus, inquiens, Tota autem oratio, ſimplex, & grauis, & ſententijs debet ornatior eſſe, quàm verbis. Vſum exemplorum nulli materiæ magis conuenire merito ferè omnes conſentiunt: cum plerunque videantur reſpondere futura præteritis, habeatúrque experimentum velut quoddam rationis teſtimonium. Breuitas quoq; aut copia non genere materiæ, ſed modo conſtant.

AD EXPLENDAS CVPIDITATES. 80
Si agreſtes erũt auditores. REPRIMENDI. Hoc eſt à cupiditate illa vehementi fuerint reuocandi. PRINCIPIA AVTEM. Quintil. autẽ, Procœmio, inquit, quale eſt in iudicialibus, nõ vbique eget, quia conciliatus eſt ei quiſque quẽ cõſulit, initium tamẽ quodcunq; debet habere aliquã procœmij ſpeciẽ. neq; enim abrupte, necvnde libuit, incipiẽdũ: quia eſt aliquid in omni materia naturaliter primũ. In ſenatu vtiq;, & in cõcionib⁹, eadẽ ratio quæ apud

iudices acquirẽdæ ſibi plerunq; eorũ apud quos dicẽ dum ſit, beneuolentię. nec mirum, cum etiam in panegyricis petatur audientium fauor, vbi emolumentum non vtilitate aliqua, ſed in ſola laude conſiſtit.

81 NVNC QVAE. Quintilian⁹, Nũc de iudiciali, inquit, genere, quod eſt prȩcipue multiplex, ſed officijs conſtat duobus, intentionis, & depulſionis. cuius partes, vt plurimis authoribus placuit, quinq; ſunt, proœmium, narratio, probatio, refutatio, peroratio. his adiecerunt quidam partitionem, propoſitionem, exceſſum: quarũ priores duæ probationi ſuccedunt. nã proponere quidẽ quæ ſis probaturus, neceſſe eſt, ſed & cõcludere. Inde porrò ſubiungit, Verũ ex his quas cõſtitui partibus, non vt quidque primũ dicendũ, ita primùm cogitandũ eſt: ſed ante omnia intueri oportet quod ſit genus cauſæ. quid in ea quæratur. quæ profint. quæ noceant. deinde quid cõfirmãdum ſit, ac refellendũ. tum quo modo narrãdũ. expoſitio enim ꝓbationũ eſt præparatio: nec eſſe vtilis poteſt, niſi prius cõſtiterit quid debeat de probatione promittere. poſtremo intuendũ quẽadmodum iudex ſit cõciliandus. neq; enim, niſi totis cauſæ partibus diligenter inſpectis ſcire poſſum⁹ qualẽ nobis facere animũ cognoſcẽtis expediat, ſeuerũ an mitem, cõcitatũ an remiſſum, aduerſum gratiæ, an obnoxiũ. Neq; tamẽ ideo eos probauerim, qui ſcribendũ quoq; proœmiũ nouiſſime putãt. nã vt cõferri materiã oportet, & quid quoq; loco ſit op⁹, cõſtare antè, q̃ dicere, aut ſcribere ordiamur. ita incipiẽdũ ab ijs quę prima ſũt. Inſpicienda igitur eſt materia: quo præcipim⁹ ordine, ſcribẽdo quo dicim⁹. HAEREDITATIS. Hic ſtatus negotialis appellatur: vt ipſe oſtẽdit in rhetoricis Cicero. Fortunatianus autẽ & in ſcripto & extra

ſcriptũ eſſe cõtẽdit. DE CONSTITVENDO IPSO IVDICIO, Hic ſtatus in rhetoricis trãſlatio appellatur. quoniã de actione trãſferẽda cõtentio eſt. CONCERTATA. De qua antè factũ ſit certamẽ. DIIVDICATA. Et tamẽ nõdũ definita. NECESSARIA VIDETVR. Propter cauſas iudiciales in quib⁹ de iure ſępe quæritur.

CONSTITVENDIS ACTIONIBVS. 82
Qua demũ actione cũ reo agatur. nã id moris fuit, nunc verò ablatus eſt. SEPARO À IVDICIIS. Quoniã in eo iudiciũ nõ eſt in quo trãſlatio eſt: & cũ qua actione agẽdũ ſit quæritur. TEMPORE AGENDI. Quoniã id eſt quod ĩ quęſtionẽ venit. DISSIMILITVDINE. Quoniã non vtique abſimile id à iudicio videtur. FORMAM. Vt iudicialis nomine appellẽtur. QVALE QVID SIT. Vbi qualitas de ſummo genere eſt: de qua ſuprà mentionẽ fecim⁹: ipſãmq; in ſuas diſtribuim⁹ ſpecies. TRES SVNT GRADVS. Quintilianus autẽ, Diſcãt igitur, inquit, ante omnia quadripartitã in omnibus cauſis eſſe rationẽ, quã primã intueri debeat qui acturus eſt. nã vt à defenſore potiſſimũ incipiã, longe fortiſſima tuẽdi ſe ratio eſt, ſi quod obijcitur, negari poteſt. proxima, ſi nõ id quod obijcitur, factũ eſſe dicitur. Tertia honeſtiſſima, qua rectè factũ defenditur: quibus ſi deficiamur, vltima quidẽ, ſed iã ſola ſupereſt ſalus aliquo iuris adiutorio elabendi à crimine, quod nec negari, nec defendi poteſt, vt nõ videatur iure actio intendi. hinc illæ quæſtiones ſiue actionis, ſiue trãſlationis ſunt. ſunt enim quædam nõ laudabilia natura, ſed iure cõceſſa: vt in duodecim tabulis debitoris corp⁹ inter creditores diuidi licuit: quam legẽ mos public⁹ repudiauit. Et ali-

quid æquum, ſed prohibitũ iure: vt libertas teſtamẽtorum. Accuſatori nihilo plura intuenda ſunt, quàm vt probet factum eſſe, hoc eſſe factum, non recte factum, iure ſe intendere. ita circa ſpecies eaſdẽ lis omnis verſabitur, tranſlatis tantũ aliquando partibus, vt in cauſis, in quib⁹ de præmio agitur, rectè factum petitor probat. CONSISTENDVM. Contra aduerſarium eſt reſpondendum. FACTVM NEGES. Inde coniecturalis vel inficialis cõſtitutio nominatur. EAM VIM HABERE. Hoc eſt, Non debere eo nomine appellari: & perinde cum lis ſit de nomine, & vi ipſius rei, deueniendum ad diffinitionem: quare etiam finitiuus ſtatus appellatur.

ADVERSARIVS CRIMINETVR. Vt ſi aduerſarius verbi cauſa ſacrilegium vocet: tu defendas furtum, nõ ſacrilegiũ dici oportere. NEGES TALE ESSE. Quoniam ſi aduerſarius iniuſte factũ dicat, tu iuſte aſſeras. INFORMATIONE. Quoniam qui diffinit, circa verbi formã verſatur. NON SOLVM RESISTAT. Quintilianus, Alij ſtatum crediderunt primã eius, cum quo ageretur, depulſionẽ: quam ſentẽtiam Cicero his verbis complectitur, In quo primum conſiſtit quaſi ad repugnandum congreſſa defenſio. Vnde rurſus alia quæſtio, an eũ ſemper is faciat, qui reſpondet. Cui rei præcipue repugnat Cornelius Celſus, dicẽs, Non à depulſione ſumi, ſed ab eo qui propoſitionem ſuam confirmet, vt ſi hominem occiſum reus negat, ſtatus ab accuſatore naſcatur, quia velit is probare, ſi iure occiſum reus dicit, tranſlata probationis neceſſitate idem à reo fiat, & ſit eius intentio. Cui non accedo equidem. nam eſt vero propius quod contradicitur, nullam eſſe litem ſi is cum

quo agitur, nihil respondeat, ideóque fieri statum à respondente. Mea tamen sententia varium id est, & accidit pro conditione causarum, quia & videri potest propositio aliquando statum facere: vt in coniecturalibus causis, vtitur enim coniectura magis qui agit. Quo moti quidam eundem à reo inficialem esse dixerunt, & in syllogismo tota ratiocinatio ab eo est qui intendit. Et aliquãto post porrò subiungit Quintilianus, Nostra opinio semper hæc fuit, vt cum essent frequenter in causa diuersi quæstionum status, in eo crederem statum causæ, quod esset in ea potentissimum, & in quo maxime res verteretur. Id si quis generalem quæstionem, vel caput generale dicere malit, cum hoc mihi non erit pugna, non magis, quã si aliud adhuc, quo idem intelligatur, eius rei nomen inuenerit. Sanè stat⁹ ac statuum nomina, suprà memorauimus. STATVS. Qui coniecturalis appellatur. RATIONEM HABET INIQVI CRIMINIS. Quoniam negat: in ipsa negatione ratio iniqui criminis inclusa est. SECVNDVS qui finitiu⁹ vel diffiniti⁹: vel finis appellatur. QVOD NON SIT IN RE. vt si sacrilegij accusetur reus, & ostẽdatur id furtum esse: non vtique sacrilegium & huiusmodi alia, vbi id diffinire opus sit in quo quæstio posita est. TERTIVS. Qui qualitas appellatur. RATIONI. Subaudi, quam profert reus se defendendo.

OPPONENDVM EST AB ACCVSATORE. Subaudi, ad rei refellendam rationẽ quod continens vocitatur. hanc sanè totã rem ita explicat Quintilianus, His, inquiens, inuentis intuendũ deinceps Hermagoræ videtur, quid sit quæstio, ratio, iudicatio, cõtinẽs, id est σύνεχον, vel vt alij vocãt, fir-

mamentũ. Quæſtio latius intelligitur omnis de qua in vtranq; partem, vel in plures dici credibiliter poteſt. In iudiciali autẽ materia dupliciter accipiẽda eſt, Altero modo quo dicimus multas quæſtiones habere cõtrouerſiã: quo etiã minores omnes cõplectimur: Altero quo ſignificamus ſummã illã in qua cauſa vertitur: de hac nunc loquor, ex qua naſcitur ſtatus, an factũ ſit, quid factũ ſit, an recte factum ſit. Has Hermagoras, & Apollodorus, & alij plurimi ſcriptores proprie quæſtiones vocãt. Theodorus, vt dixi, capita generalia, ſicut illas minores, aut ex illis pẽdẽtes, ſpecialia. Nã & quæſtionem ex quæſtione naſci: & ſpeciem in ſpecies diuidi, cõuenit. Hanc igitur quæſtionem velut principalẽ vocant στάσιν. ratio autẽ eſt, qua, id quod factũ eſſe conſtat, defenditur. & cur nõ vtamur eodẽ, quo ſunt vſi omnes ferè, exẽplo? Oreſtes matrẽ occidit. hoc cõſtat. dicit ſe iuſte feciſſe. ſtatus erit qualitatis. quęſtio, an iuſte fecerit. ratio, quia Clytæmneſtra Agamemnonem maritum ſuum patrem Oreſtis occidit. hoc ἄτοπον dicitur. κρινόμενον autẽ iudicatio. An oportuerit vel nocentẽ matrem à filio occidi. Nec multo poſt ſubiungit Quintilianus, Paulũ in his ſecũ etiã Cicero diſſentit. Nã & in Rhetoricis, quemadmodum ſuperius dixi, Hermagorã eſt ſecutus, in Topicis ex ſtatu effectã cõtentionem κρινόμενον exiſtimat, idq; Trebatio, qui iuris erat cõſultus, alludẽs, qua de re agitur appellat, quibus id cõtineatur, cõtinentia, quaſi firmamenta defenſionis: quibꝰ ſublatis defenſio nulla ſit. At in partitionibus oratorijs firmamentum, quod opponitur defenſioni, quia continens quod primum ſit, ab accuſatore dicatur, ratio à reo, ex rationis & firmamẽti quæſtione diſceptatio ſit iudicationum. Verius ergo & breuius, qui

ſtatum, & continens, & iudicationem, idem eſſe voluerunt. continens autem id eſſe, quo ſublato, lis eſſe non poſſit. hoc mihi videtur cauſam vtranque complecti, & quòd Oreſtes matrem, & quòd Clytæmneſtra Agamemnonem occiderit. Idem iudicationem & ſtatum conſentire ſemper exiſtimant. QVAESTIO EXORITVR. Hæc eſt κρινόμενον, id eſt iudicatio. CEPERIT NE PECVNIAS. Reus pecuniarum repetundarum. NORBANVS. Qui Syllæ ſe oppoſuit. prælium circa Canuſium, à procõſulibus aduerſus Norbanum geſtum: in quo ad ſex hominum milia ex Norbani exercitu cæſa, Syllani ſeptingenti milites tantum occiſi, Norbanus Capuã fugit. OPIMIVS. Qui conſul Gracchanas inſectatus factiones eſt, vt multi narrant hiſtorici, ita Apianus. PRIMAM CONTENTIONEM. Vt iure non feciſti. feci. Tota cõtentio eſt an iuſte fecerit. LATA ET FVSA. Quoniam an iuſte fecerit, varie multíſque modis tractatur. RATIONVM AVTEM. Cõtentionem adducit in anguſtam diſceptationem. nam ea paucis comprehẽduntur. CONIECTVRA. Neq; enim ratio, aut firmamentum eſſe poteſt, vbi nulla confeſſio: quod ipſe docet cũ inquit, Nemo enim eius quod negat factum, rationem aut poteſt aut debet redde 84 85 re. IN HIS. Subaudi coniecturalibus. EADEM ET PRIMA. Siquidẽ vnum ſemper eſt quærendi & diſceptandi genus: vt occidiſti. non occidi. an occiderit. ſecus verò cum dicitur, iure occidi: hic enim multa diſceptatio an iure occiderit.

MAIESTAS AVTEM. Ad diffinitiuum venit ſtatũ, vt vim verbi de quo quæratur, diffiniat.

QVAE SVNT. Subaudi in ſtatu qualitatis.

INFINITAE. Quoniã cum finita ſit, iuréne Opimius Gracchum occiderit: quia complexum habet perſonarum, fit rurſus hęc infinita, cum dicitur, poſſitne recte ſalutis reipublicæ cauſa, ciuis euerſor ciuitatis necari indemnatus. AD CONSVLTATIONIS FORMAM. Ideſt infinitæ quæſtionis: quam à Græcis theſim diximus appellari.

SCRIPTO LEGIS. Quo ęquum iniquúmve aliquid comprobatur. VERBORVM IPSIVS IVDICIIS. Verborum quibus vſi ſint qui aliquid iudicarũt. STIPVLATIONIS. Per interrogationem promiſſionis. CAVTIONIS. Vbi de aliqua re ſcripto cautio eſt: vt chirographi. GENVS. Subaudi probationis, quod ſcripto continetur. IN DIFFINITIONEM. Hoc eſt in ſtatum finitiuum. DE SCRIPTO. Nam & legitimus eſt etiam ſtatus finitiuus. PENVS. Hoc apud Aulum Gelliũ inuenias. QVAE SVNT RVTA CAESA. Vlpianus, Si ruta, inquit, cæſáque excipiantur in venditione: ea placuit eſſe ruta quæ eruta ſunt: vt harena, creta, & ſimilia. Cæſa ea eſſe vt arbores cæſas, & carbones & his ſimilia. Gallus autem Aquilius, cuius Mela refert opinionem, recte ait fruſtra in lege venditionis de rutis & cæſis contineri: quia ſi nõ ſpecialiter venierint, ad exhibendum de ijs agi poſſe. neque enim magis de materia cæſa, aut de harena cauendum eſt vẽditori,
87 quàm de cæteris quæ ſunt pretioſiora. SCRIPTO. Qui ſtatus dicitur amphibologia. VEL À VERBIS, VOLVNTATEM ET SENTENTIAM SCRIPTORIS. Qui ſtatus de ſcripto & ſententia nominatur. VEL ALIO SE EADEM DE RE. Qui ſtatus de con-

tratij legibus nominatur. DISCEPTATIO SCRIPTI. Hic ſtatus græce ſyllogiſmus: Latine ratiocinatio nominatur. CVM EST IN INFI- 88
CIANDO. quod inficiatur ī quo accuſatur. IN SVASIONIS LOCIS. Vbi deliberatiuum genus tractauimus. CAPIENDO. Subaudi, erāt. PRAECIPIEB. cū hęc tradebam⁹. HIS FE 89
RE REBVS. Locos aperuit quibus in cōiecturali ſtatu vti accuſator poterit. VOLVNTATIS. Quare voluiſſe videri poſſint. FACVLTAS, Id eſt, poteſtatem faciendi habuiſſe videri poſſint.
QVI. Subaudi, animi motus. HAEC DICTA DE CAVSIS. Quoniam, vt ſuperius oſtēdimus, octo circunſtantiæ ſunt vnde argumenta in coniecturali quæſtione duci poſſunt, perſona, factum, cauſa, locus, tempus, modus, facultas, opinio. IN- SIMVLARE. Hoc eſt inceſſere. eſt autem inſimulo idē quod ficto proſequor crimine. ADIVN 90
CTA ILLA. Id eſt, adiuncto illo, quod communiter in diſputationem venire poteſt. DICTA QVAESTIONIS. Quæ in quæſtione torquendi 91
reſponſa ſunt. DEFENSIONIS. Expoſitis accuſatoris locis, nunc pariter tela ſua ſuggerit defenſori. NON TANTAS. ſubaudi, cauſas. COMMVNIA. Expoſitis locis cōiecturæ omnib⁹, nunc ad quæſtionem finitiui ſtatus deſcendit, in quo accuſatori & defenſori communia ait tradi pręcepta oportere. VTER ENIM. Hoc dicit, Siue accu 92
ſator, ſiue defenſor ſit, vter eorum melius rē de qua quæſtio eſt, diffinierit, is qui ad ſenſum iudicis meli⁹

sumus, attigimus. SED TANQ. EXPLICANDO. Hoc dicit, Non obtinetur causa argumẽtatione, sed potius diffiniendi quadam peritia.

92 PRAEVARICATIONEM. Præuaricatores, inquit Festus, à prætergrediendo sunt vocati. Vlpianus de ijs qui infamia notãtur, dicta Prætoris interpretatus, super illo verbo In te Præuaricator: prẹuaricator autẽ, inquit, est quasi varicator, qui diuersam partem adiuuat prodita causa sua. quod nomen, Labeo à varia cunctatione tractum ait. nã qui præuaricator, is ex vtraque parte cõsistit. quin imò ex diuer-

93 sa. VERBIQVE VIM. Diffiniet alio modo vt vis verbi cõtrariũ significare videatur. QVASI EX VERO ACCVSATORE. Tanquam nomen præuaricationis à vero inclinetur. EX CONSEQVENTIBVS. Ex eis quæ sequuntur id nomen. CONFVGIENDVM. Non tantum diffinitio inspicienda. IVDICATVRVM AVTHORITATEM. Ad authoritatem eorum qui iudicarunt quid verbum id significaret. COMMVNE QVE SIT. Subaudi tam accusatori, quàm defensori. Qui de re cõfiteatur vt se sustulisse. INTERPRETATIONE. Vt nolit sacrilegium, sed furtũ appellare. VRGERI QVERATVR. Hoc est lamentetur quòd in causa vrgeatur, nõ quòd deliquerit, sed mala verbi interpretatione. PERCENSERE. Adijcere quæ pariter possint ita male interpretari, sicut quod cõtra se proferatur. TAMEN REVS. Tã & si inquit, tã accusator quàm reus id possit facere: tamen cõmodius id præ-

94 stabit reꝰ. ANTEPOSITA. Quę ad amplificã dũ idonea diximus. NVNC EA QVAE QVALE SIT. Exposita finitiui status tractatione: nunc

ſtatũ qualitatis quo modo tractare conueniat, docet.

QVOD DIVIDITVR. Hoc nos quoq; ſuperius tractauimus, & iuriſcõſultorum authoritate vſi, diuiſim⁹. ET (VT DICITVR) AEQVI. 95
Ita ſiquidẽ loqui conſueuerunt iuris cõſulti. SINE LITERIS. Quod appellatur ius nõ ſcriptũ. nam vt etiã iuris conſulti diuidunt, aliud eſt ius ſcriptum, aliud non ſcriptum: ac vt Græci aiunt, τὸ δίκαιον ἐστι διττόν, τὸ μὲν ἄγραφον, τὸ δὲ νόμικον. Ius duplex eſt, alterum non ſcriptum, legitimum alterũ.

AVT GENTIVM. Itaq; & Paul⁹ libro quarto ad Sabinũ, Ius, inquit, plurib⁹ modis dicitur. vno quidẽ modo, id, quod ſemper æquum ac bonum eſt, ius dicitur: vt eſt ius naturale. altero modo, quod omnibus, aut pluribus in quacũque ciuitate vtile eſt: vt eſt ius ciuile. nec minus rectè, ius dicitur in ciuitate noſtra ius honorarium. Prætor quoq; ius reddere dicitur etiã cũ inique decernit, relatiõe ſcilicet facta nõ ad id quod ita Prætor fecit, ſed ad illud quod Prætorẽ facere cõuenit. Alia ſignificatione ius dicitur locus in quo ius redditur, appellatione collata ab eo quod fit in id vbi fit. quẽ locũ determinare hoc modo poſſum⁹, Vbicũq; Prætor ſalua maieſtate imperij ſui, ſal uóq; more maiorũ ius dicere cõſtituit, is loc⁹ recte ius appellatur. hęc Paul⁹. Martian⁹ autẽ libro primo inſtitutionũ, Nõnũquã, inquit, ius etiã pro neceſſitudine dicim⁹: velut eſt mihi ius cognationis, vel affinitatis. Iuris autẽ pręcepta, vt Vlpian⁹ inquit, ſunt hęc, Honeſte viuere, Alterũ nõ lædere, Ius ſuũ vnicuiq; tribuere. Iuris prudẽtia eſt diuinarũ & humanarũ rerũ

nit quod sit ius publicum. PACTVM CONVENTVM, STIPVLATIO. Vlpianus de pactis, Pactum autem, inquit, à pactione dicitur: vnde & pacis nomen appellatum est. Est autē pactio duorum, pluriúmve in idem, placitum & consensus. Cōuentionis verbum generale est, ad omnia pertinens de quibus negotij contrahendi transigendíque causa consentiunt, qui inter se agunt. nam sicuti conuenire dicuntur qui ex diuersis locis in vnum locum colliguntur, & veniunt: ita qui ex diuersis animi motibus in vnum consentiunt, id est, in vnam sentētiā concurrunt. Adeò autem cōuentionis nomen generale est, vt eleganter dicat Pædius nullum esse cōtractum, nullam obligationē, quæ non habeat in se cōuentionem, siue re, siue verbis fiat: nam & stipulatio quæ verbis fit, nisi habeat consensum, nulla est. Sed conuentionum pleræque in aliud nomē transeunt, veluti in emptionem, in locationem, in pignus, vel in stipulationē. Paulus autem libro 11. Labeo ait, inquit, conuenire posse vel re, vel per epistolam, vel per nuntium inter absentes. sed etiam tacito consensu conuenire intelligūtur. & ideo si debitori meo reddiderim cautionem, videtur inter nos conuenisse ne peterem, profuturâmque ei cōuētionis exceptionem placuit. NATVRALI IVRE PRAESCRIPTVM EST. Mandatum: iustum. Cæsar in cōmentarijs. Quid fieri oporteret, nec minus commode ipsi sibi præscribere, quàm ab alijs doceri, po-
96 terant. DE NATVRA. Subaudi, maiorum. Ad eius facti deprecationem. De qua parte superius in diuisione assumptiuæ constitutionis diximus.

QVALE SIT, CVM DISCEPTATIO. Suprà diximus in diuisione statuum alios dici ratio-

nales, alios legitimos. De ratiõalibus, an sit, quid sit, & quale sit hactenus dictum. Sequũtur legitimi qui ex scriptis eliciuntur. AMBIGVI. Ambiguũ, hoc est amphibologiam, primò tractat. Lex omnis, inquit Quintilianus, aut tribuit, aut adimit, aut punit, aut iubet, aut vetat, aut permittit. Litem habet aut propter seipsam, aut propter alteram. Quæstio est aut in scripto, aut in voluntate. In scripto, aut apertum est, aut obscurum, aut ambiguũ. Quod de legibus dico, idẽ volo accipi de testamẽtis, pactis, stipulationibus, omni denique scripto, idẽ de voce. De ambiguo porrò, aliquãto post inquit, Amphibologię species sunt innumerabiles, adeò vt philosophorum quibusdã nullũ videatur esse verbum quod nõ plura significet, genera admodũ pauca. aut enim vocibus accidit singulis, aut coniũctis. Singula afferunt errorem cũ pluribus rebus aut hominibus eadẽ appellatio est. δμωνυμία dicitur, vt gallꝰ. Vtrũ enim auẽ, an gentẽ, an nomẽ, an fortunã corporis significet, incertum est. In aliquanto post, In cõiunctis, inquit, plus ambiguitatis. fit autem per casus, vt, Aio te Æacida Romanos vincere posse. & quæ sequuntur. CVM AVTÆM ALIVD SCRIPTOR. Statũ tangit, qui de scripto & sententia nominatur. RENOVARE, id est, repetere sæpius vt affectus moueat. CONTRA. Id est, è diuerso. AMPLIFICET. Quasi in locum communem descẽdens. QVIBVS ALII. Subaudi, vsi sunt. INVIDIOSA QVERELA. Quintil. Inuidia nanqꝫ, inquit, altera inuidũ, altera inuidiosum facit. hoc autem hominis, illud rei est. SI SCRIPTA IN-

97 98 99 100

BIBLIOTECA NAZIONALE
ROMA